

AUSPICE DEO

DE

NULLITATE

SENTENTIÆ

Authoritate & Permissu Magnifici Jctorum Ordinis
in alma Levcorea

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, JureConsultissimo & Excellentissimo

Dn. HEINRICO COSELIO,

J.U.D. & P.P. celeberrimo, Curia Electoralis, Scabinatus

& Facultatis Juridicæ Assessore Gravissimo,

& hoc Tempore Decano spectabili,

Domino, Patrono, & Præceptore suo omni honoris

& observantiæ cultu Devenerando

*publicè disputabit*CASPARUS EVVALDUS à *Stassow*/

E Q. Pomer.

Ad d. Martii. horis antemeridianis

In Auditorio Jureconsultorum.

WITTEBERGÆ

Excudebat JOHANNES RÖHNERUS, Acad. Typogr.

Anno 1654.

Monsieur De Hovind

ANNO 1704
IN AUSTRIA
SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO
Dn. FRIDERICO
GVILIELMO,
MARCHIONI BRANDENBURGENSI S. ROM.
IMP. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI, MAGDEBURGI, BO-
RUSSIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANIÆ,
CASSUBIORUM, VANDALORUM NEC NON IN SILESIA CROS-
NÆ, ET CARNOVIÆ DUCI, BURGGRAVIO NORIBER-
GENSI, PRINCIPI HALBERSTADENSI ET MINDENSI,
COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG, DOMINO
IN RAVENSTEIN &c.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Serenissime ac Potentissime Princeps Ele-
ctor, Domine clementissime, Inter Heröes illos
ac Deo proximos Principes, quibus bonarum li-
terarum studia, ipsiq; adeò literati curæ sunt, vestrum
quoq; venerabile nomen, non postremò, sed primò
anteire locò, neminem latet nisi ignavum quemq; &
& publicarum rerum ignarum. Hos uti jam olim prin-
cipes veram status sui rationem secuti, firmissimum
Imperii sui munimentum esse rati sunt; itaq; præmiis
& honoribus, quorum merita virtutesq; habebant per-
spectas, clementiæ veluti Tesseris benignissimis exce-
perunt: Sic vestræ quoq; Celsitudinis cernimus aulam
eòdem illò munimentò quasi cinctam, dum & virtu-
tis & eruditionis tantam habet rationem, ut largis non
solùm clementiæ suæ fontibus irrigare frequenter, sed
& oleum quasi omni bonæ arti affundere videatur. Et
optimò sanè consiliò. Nam artibus belli, ita pacis
quoq; disciplinas subdit. Non putavit sufficere Ro-
mulus populo Romano militare robur ac fortitudi-
nem, nisi togata etiam prudentia domi imbueretur.
Sallustii quoq; in eam rem illustre consilium atq; Ora-
tio est: Firmandam esse Rempublicam non modò ar-
mis, neq; adversus hostem tantùm, sed quod multo
majus multoq; asperius est, bonis pacis artibus. Quip-
pe quod testatur Livius, excellentibus ingeniis citius
defuerit ars, quàm civem regant, quàm quàm hostem su-
perent. Marmor Romæ repertum fuisse memorant
historiæ in foro Trajani, his inscriptum literis: PO-
TENTISSIMADOSIN PRINCIPE CLEMENTIA. I-
dem in aula vestræ Serenitatis reperire liceat cuiq; fa-
cile,



cilè, non cœsum è lapide, sed vivum ac spirans, qui tot monumenta benignitatis, tot documenta clementiæ ponat ante oculos & recolat nomen PATRIS PATRIÆ, quod vestra benignitas & indulgentia mitissima & in cives ac subditos paterna, vestræ Serenitati peperit, & jure suô ac meritò vindicat. Accedunt huc & aliæ virtutes vestræ, quæ totum orbem rapiunt in admirationem, ut venerari eas festinet ultrò; tum omnes ac singuli, qui sub umbra Serenitatis vestræ degunt vitam, officiis ac ministeriô certant, ut primi ipsi ac potissimum placeant. Divinitatis quippe vocant characterem, quem venerandæ illi & omne inter mortales fastigium excedenti amplitudini impresit DEUS, ab omnibus obsequiô & honore summô colendum. Hôc fulcrô innititur Respublica, hôc religionis vinculô continentur aræ & templa. Enimvero aureum illuxisse videtur seculum, cum is habet fasces Princeps, qui vel cum Cassiodoro nullâ patitur inveniri in mundo fortunam, quàm literarum non augeat gloriosa notitia; vel etiam cum Livio Historicorum Principe perpetuô illud secum putat: prospera colentibus DEOS, ad versa spernentibus evenire, qui tantam deniq; operam Reip. præstitit, ut si quis magnitudinem Principatus sui (ut Flori verbis utar) cum annis conferat, æiatem ultrò putet. His bonis & Magistratus quoq; bonos, & bonos cives favor v. Serenitatis facit, femperq; de virtutibus vestris virtutes civium moresq; magistratuum dependent, profluunt, & descendunt quasi ex throno Majestatis in submissos subditorum animos, adeò ut rectè scripserit Patercutus lib.2. Principem optimum cives suos faciendo docere.

cere. Idcirco optimus Princeps à Svetonio Reip. anima vocatur, ad cuius vitam motumq; & ipsa vivit, & ipsa movetur. Hâc vestrâ prudentiâ, hâc benignitate vestrâ, vestrâ deniq; clementiâ commoti consilarii, subditi commoti omnem calamitatem, omnemq; fortunam novercantem, à totius Reip. corpore tanquàm membra, aut precum multitudine, aut prudentiâ manu suppositâ, vel singulari consiliorum promptitudine, aut deniq; magnâ fortitudinis vi avertere annituantur sedulo. Sera deniq; posteritas & annales referent, ibitq; in secula, extitisse quondam Principem, cuius virtutibus divinis Resp. in tantum emendata tradatur, & ad cuius gloriam æternam virtus & fortuna contendisse videantur. Ego sanè, si in me descendam, si divinæ vestræ clementiæ merita cogitem, si ad grati & humillimi animi officinam depenam, nullas invenio opes, quas aut natura sufficit, aut fortuna circumfert, quæ gratiam devoti mei erga Serenitatem v. amoris & debitæ subjectionis æquare valeant. Quapropter potius habebō satis, si perennis debitor sim, & unicè æterni & humillimi obsequii gloriâ fruiscar perpetuus vestrarum virtutum cultor humillimus. Quem interim naturalis iussit obligatio, quâ totum Serentati V. me à servitiis æternis esse scio, eidemq; & vitam meam, & omnia quæ habeo habiturus ve sum, debeo, hanc subiectissimæ devotionis notam, Disputationem nempe exiguam, ante pedes Serenitatis v. humillimè ponere; hâc spe fore, ut Serenitas v. pro innata, quâq; Illustrissimum undiq; nomen coruscat, gratiâ, sereno vultu admittat, non tam moleam, quàm addictissimâ devotione, meâ metitura, &
pa-

patrocinium cumulatura contra illos, qui interdum,
Crepidæ Apelleæ maculam fugitivò oculò carpere
as solent. Respiciat, quæso, V. Serenitas, quicquid mu-
neris exigui juvenis offert, cui quidem nondum colle-
ctum est annosæ prudentiæ robur, ea tamen est mens,
ut si pro vector contigerit ætas, plura sit oblaturus,
quibus Serenitati V. probare sua humillimè studia pos-
sit. Quod si impetret hæc pagina, multò erit felicior
illis, quæ olim Apollinis templo custodiebantur. Et
ego hoc indicium singularis & æternùm depredican-
dæ Clementiæ intra præcordia observantissimi pectō-
ris collocabo non tantum, sed & nunquam apud me e-
mori sinam; nihilq; mihi ducā religiosus, quàm effice-
re, ut Serenitati V. mea abundè constet pietas, mihi a-
gratia; V. Serenitati venientibus annis Studiorum &
obsequiorum, mihi benignissimæ clementiæ spes ser-
vetur. DEUM Ter Opt. Max. supplicibus veneror
precibus, ut Serenitatem V. tanquam magnum princi-
pium R. J. decus, una cum Illustrissima Conjuge, Do-
mina mea Clementissima servet, ac multos superesse
annos concedat, omnibusq; Consiliis benedicat. Ita
precari, ita piè vovere debui in alma Leucorea. Dabam
ex Musæo d. 13. Martii, Anno 1654.

*Vestra Serenissima ac Potentissima
Cæsitudinis*

Devotissimus ac Humillimus Cliens

**Casparus Evvaldus à Massow/
Eq. Pomer.**

In





IN Nomine Domini Nostri Jesu Christi ad omnes
actus semper progredimur, & ita animos nostros ad Dei
omnipotentis erigimus adiutorium, ut omnem spem ad
solam Summæ Trinitatis referamus providentiam *l. 2. in
pr. C. de Offic. Pref. Prat. Afric. & c. l. i. C. de Vet. jur. enuncl. Nov.
80. & 85.* Nihil enim ritè nihilq; providenter homines si-
ne SUPREMI NÜMINIS ope, consilio, honore auspiciantur.
*arg. Nov. 6. & Constit. Justin. de conception. Digestorum ad Tribon-
ianum in princ. & §. 2.* Quapropter & nos, Redemptoris gen-
tium suffragio iterato rem ipsam citra verborum ambages
aggredimur.

THESIS I.

Nullitas ^(a) Sententiæ ^(b) est
Jus ^(c) Atque commune Au-
xilium ^(d) ad eandem ^(e) irri-
tam ^(f) vel nullam ^(g) pro-
nuntiandam ^(h) compe-
tens, ⁽ⁱ⁾.

(a) Nullitas, derivatur à suo primitivo nullus, nulla,
nullum, sicuti falsitas à falso veritas à vero &c. & nullum
esse atq; nihil esse paria dicuntur *l. i. §. i. vers. hac autem ver-
ba ibi: quoniam pro nullo hoc habetur, nec est ulla sententia D.
Quod quisq; jur. in alium stat.* Trahit autem originem nulli-
tas ab ipsa lege. Cum enim primum civitates condi-
Ma.



Magistratus creari cœpissent, ad humanam audaciam coër-
 cendam Leges & sacri Canones positi sunt, negotiis peragēdis
 certas formas inducentes ad illasq; observandas vitas
 hominum adstringentes l. 2. §. *sed quia Divina* 18. & §. *seq. C. de*
vet. jur. enucl. l. leges ut generales. 3. l. leges Sacratissima 9. l.
humanum esse. 8. C. de LL. c. 1. dist. 4. cum similib. Hinc in odium
 ac pœnam transgresserum aliter gesta & Lege interdiente fa-
 cta pro infectis, callis inutilibus habentur, ac nullius roboris
 & momenti esse existimantur *vid. l. non dubium est* 5. *vers. nul-*
lum enim pactum nullam conventionem & C. *de legib. unic. C. Qui*
pro sua jurisdic. judic. dar. poss. c. quæ contra jus 64. *de R. jur. in 6.*
Sebastian. Vant. in tract. de nullit. sent. in tit. Quid sit nullitas & c.
n. 14. & seqq. Fit hujus dictionis mentio in *Clem. ad compe-*
scendas in fin. de Seq. possess. & fruct. & in Clem. ut calumnios 1.
ibi: ad agendum de nullitate ipsarum & c. *item in Cl. m. Pasto-*
ralis 2. *vers. verum quia hujusmodi sententia* & c. *ibi: patenter*
ex eis illius adstruitur evidentia nullitatis. de Sentent. & re judi-
cat.

(b.) Sententia est litis controversiæq; inter partes li-
 tigantes per judicem declaratio & definitio, absolute vel
 condemnatio *cf. A. l. qualem au. m 19 §. d. cere 1. D.*
de Recept. arbitr. l. 1. D. de rejud. ita à sentiendo dicta, quod ju-
dex per eam, quid sentiat declaret interq; lites partium de-
finiat ac determinet. Arg. l. qualem autem 19. in princ. D. de
recept. arbitr. l. si adibus 32. D. de d. mn. infect. Est autem alia
 definitiva, quæ principalem causam definit ac terminat.
 Das Endurtheil ist/durch welches die Part vom Gericht
 te abgehen/und das in der Sachen/ darinnen es gespro-
 chen/nicht mehr gesprochen wird/ D. Eshian. König/in proc.
 cap. 102. von dem Endurtheil. *Clement. unic. de Seque-*
strat. & possess. fruct. l. 1. l. judex. 55 D. de rejudic. c. 2. X. eod. tit. alia
 interlocutoria quæ non super principali negotio sed super
 Imergenti, vel incidenti quæstione, inter principium & fi-
 nem causæ interloquendo fertur. Beyurtheil sind die/
 welche

welche auff die Articul/ die sich aus den Henden der Sa-
chen begeben und schliessen/ gesprochen werden / und wer-
den also zwischen dem Anfange und Ende der Sachen ge-
braucht/ und die scheiden die Sache nicht. Esilian Kö-
nig in process. cap. 101. von dem Beyurtheil. c. Significave-
runt 36. in med. ibi: Et propter hoc intradecem dies post interlocu-
toriam sententiam appellasse Et c. X. de testib. l. qualem 19. D. de re-
cept. arbitr. l. generaliter 12. C. de reb. credit. Et hæc rursus in-
terlocutoria simpliciter ita dicta, & interlocutoria vim ha-
bens definitivæ. Uti modo dict. Interlocutoria, simplex est,
quæ super emergenti vel incidenti quæstione, inter principi-
um & finem causæ interloquendo fertur gloss in Clement. unic.
verb. definitiva de Sequistrat. Possess. & fruct. Sententia inter-
locutoria vim definitivæ habens est, quæ finem imponit in-
stantiæ quidem, non causæ. Das Urtheil / das den Part
von dem Gerichts. Stande/ und also ab instantia entbin-
det/ wird kein Endurtheil genandt / es hat aber eine Wir-
ckunge/ und eine Macht mit dem Endurtheil / welches ein
Ander Urtheil nicht erwartet/ das ist/ wenn das Richter-
liche Ambt des Richters ein Ende hat / und förder in der
Sachen nicht erkennen kan. König in loc. supr. citat. in princ.
Et cap. 101. circ. fin Panormitan. in rubr. X. de Sent. Et re judic. Gail.
lib. 1. obs. 130. n. 6. per l. intra utile 39. D. de minorib. Et nonnull. Dd.
Et ista definitivæ tum quoad formam interponendæ appella-
tionis, tum quoad alios effectus juris, æquiparatur. Ord.
Cam. Imp part. 2. tit. 29. vers. v. so von Beyurtheil Et c. Geil. loc.
supr. citat. Ubi cunq; autem interlocutoria parat præjudici-
um negotio principali dicitur habere vim Definitivæ. Gvi-
do Pap. quest. 12. n. 2. In hoc ergo differt sententia definitiva-
ab interlocutoria & in hoc cognoscitur, quia per definiti-
vam definitur negotium principale, scilicet illud quod prin-
cipaliter in judicium deductum fuit condemnando vel ab-
solvendo; aliàs non diceretur sententia, si non contineret ab-
solu-

B

solu-



solutionem vel condemnationem. *l. Praeses. de Sentent. & interlocutionibus omnium judic. l. res judicata 1. D. de rejudic.* Sed interlocutoria non tangit negotium principale, sed definit aliquam exceptionem in judicio emergentem, & per eam non imponitur finis controversiae principali. *vid. Petr. Termin. process. cap. 227. de Sententia. Röniq. Loc. Supr. cit. Emeric. à Rosbach in prax. Civil. tit. de Sentent. 71. Maranta in specul. part. 6. tit. de Sentent. pag. m. 366. & seqq. Ludovic. Gilhaus. arbor. judiciar. cap. de fructib. arboris judicariae 8. part. 1. Speculat. lib. 2. partic. de Sententia & de his quæ ipsam sequuntur. 3. §. sententia 1. & §. Species 2. per tot. Henric. Zoësius ad tit. D. de rejudic. & de effect. sent. n. 2. & seqq. Arismin. Tepatus tit. 244. & tit. 245.*

(c) ad instar actionis *arg. princ. Instit. de actionibus* vel appellationis & reliquorum, quæ in jure consistunt. Dicitur autem jus, quatenus pro facultate agendi & remedio legali, quò læsus & gravatis succurritur, sumitur. Quatenus verò ad personam judicis respicitur, tunc nullitas sententiæ est vitium & defectus quo ob transgressionem vel legis vel processus vel solennitatum, sententia nullius roboris ac momenti habetur. *arg. l. 2. & 3. D. Quæ sent. sin. appellat. Emeric. à Rosb. tit. supr. cit. n. 1. vid. Vant. dict. loc. in princ. tit. Quid sit nullit.* Nullitas igitur est jus, quandoq; judicis officium, quandoq; actionem nec non exceptionem tribuens. *Qua de re infr.*

(d) *arg. l. in causa cognitione 26. in princ. D. de minorib.* seu remedium ordinatum, quia competit, sive deficiat, sive non deficiat appellatio vel aliud remedium suspensivum, & ideo potest intentari etiam cum ipsa appellatione, uti infer. demonstrat. Et vocatur non solum Commune auxilium, sed etiam defensio, legum tutamen, pæna temerariorum, & vera defensio oppressorum ob publicam utilitatem introducta; per hoc remedium, vocantur, audiuntur, defenduntur non vocati, non auditi, non defensi, merita causarum discutiuntur, Leges & jura publica tuentur, omnisq; dolus
fraus

fraus & machinatio excluditur. *Vant. de nullitatib. loc. supr. cit. n. 1. & 17. Sigismund. Scaccia de appell. quest. 19. rem. 1. concl. 1.*

(e) Scilicet sententiam ob transgressionem L. processus vel solennitatum vitiosam, inutilem atq; inanem.

(f) irritum dicitur, quod effectu firmum non est *c. irritam 1. quest. 3.* Et quoniam appellatio dicitur etiam *Commune auxilium l. cum minor 3. §. falsus procurator. 1. ibi: cum ad auxilium commune superatus confugisset & c. D. ratam rem haber. provocationis ad miniculum l. 1. & l. 2. C. Quand. provoc. non est necess.* idcirco loco differentiae posita sunt verba haec: ad irritam vel nullam & c. Haec enim est propria qualitas & effectus nullitatis, per quem istud jus ab aliis differt: cetera namq; remedia non principaliter ad irritandum, sed ad iniquitatem & imperitiam iudicis corrigendam ac pronunciatum suspendendum competunt. *l. 1. in princ. ibi: cum iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat. D. de appellationib. l. furti 6. §. 1. D. de his qui not. infam. V. Vesenb. in *de appellat. & relationib. n. 3. & Dd. Comm.**

(g) Quod remedium nullitatis etiam pro utroq; competat, videlicet tum pro irritanda sententia, tum etiam nulla declaranda & enuncianda, manifestum est *ex l. si cum inter te. 2. ibi: sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam nullas habere vires palam est: & ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit. & l. 4. 5. 7. cum similib. C. Quand. provocat. non est necess. l. 2. & tot tit. C. Si a non competent. iudic. Clement. pastoralis. circa fin. ibi: sententiam & processus omnes praedictos declaramus fuisse ac esse omnino irritos ac inanes, nullumq; debere aut debuisse sortiri effectum. de Sentent. & re iudic. c. cum dilecta 22. ibi: processum irritum decernimus & inanem X. de Rescript. arg. c. 1. de jurament. calumniae in 6. c. in nostra 4. in fin. X. de procuratorib. c. ex parte 67. ibi: revocato in irritum quicquid post appellationem inveneritis attentatum X. de appellat. c. cum contingat. 36. X. de offic. & potest. iudic. delegat. c. ad audientiam 34. c. constitutus 45. in fin. & c. cum causam, 62. X. de appellationib.*

Ex quibus abundè colligitur remedium hoc ad utrumq; competere. *Vant. dict. loc. n. 10.*

(b) *dict. Clem. Pastoralis de sen. & re judic. dict. cap. ex parte 67. X. de appellationib. cum similib.* Quando itaq; agitur de nullitatibus in iudicio commissis, pro illis declarandis seu revocandis, officium iudicis competit. Et quamvis officium iudicis nullam præsupponat obligationem adeò quod declarare vel non declarare nullitatem, in arbitrio ipsius residere videatur: attamen ex quo officium istud, quod imploratur, ex jure partibus competenti insurgit & tanquam auxilium legale & proprium ipsorum litigatorum in iudicio actionis loco proponitur, ut iudex illud impertiat & illi deserviat, necesse est. *Speculat. lib. 1. partic. 1. rubr. de Officiò omn. iudic. §. iudicis officium 2. vers. Item cum petitur sententia. per c. cum contingat 36. X. de offi. & pot. Jud. deleg. c. in nostra presentia 4 X. de procuratorib. & idem Speculat. loc. eod. §. potest & aliter 7. vers. Cum verò proponitur ut actio & c. per l. Officium autem, 9. D. de rei vindicat. Vant. loc. sep. citat. n. 2. & seqq.*

(i) *Vantius & Scacci a loc. super. cit. Clement. Pastoralis 2. de Sentent. & re judicat.* Quemadmodum enim sententia ratione iniquitatis, per appellationem *tot. tit. D. & C. de Appellationib.* vel aliud remedium, impugnatur: Ita etiam ratione nullitatis & quidem multis modis effectus & executio ejusdem impeditur. *Emericus à Rosbach. in prax. Civil. tit. de Nullitat. sentent. 72. Termin. loc. sup. cit. cap. 228.* Imo, quamvis sententiæ nonnullæ sint inappellabiles, de eorum nullitate tamen conqueri quis potest. Sunt enim duo remedia juris ad invicem separata, ideoq; prohibitus appellare non censetur prohibitus dicere de nullitate, & lex tollens appellationem uti exorbitans strictè intelligenda est & ideo ad nullitatem, quæ est diversa non extenditur. Remotâ præterea appellatione, reliqua tamen juris remedia remota non censentur. *c. inter ceteras 9. & ibid. Canonist. X. de Sentent. & re judic. cap. licet 13 in fin: ibi: vel aliàs de ipsius sententiæ docuerit nullitate.*

*litate. de Sentent. excommunicat. in 6. l. si express. m. 19. D. de ap-
pellat. Ex quibus textibus abundè colligitur, quòd remota
vel deserta appellatione, quis non prohibeatur uti remediò
nullitatis. Sive igitur quis renunciaverit appellationi, sive
aliàs appellare prohibeatur, quominus nullitatis remedium
intentare possit, prohibitus non censetur. Quæ tamen cum
mica salis accipienda sunt. Ita scilicet quod remota seu de-
serta vel aliàs prohibita appellatione, quis non sit remotus
neq; prohibitus de nullitate, seorsum & Principali-
ter ab ipsa appellatione: quia nullitas illa, quæ ac-
cessoriè inest appellationi, & incidenter cum ea deduci vi-
detur arg. l. in hoc iudicio 27. in fin. D. famil. eriscun, per remo-
tionem principalis videlicet ipsiusmet appellationis ipsa
etiam nullitas tanquam accessoria remota intelligitur c. ac-
cessorium 42. de reg. jur. in 6. l. cum principalis causa 178. D. eod. tit.
quamvis postea nihilominus ipsa nullitas etiam principaliter
deduci possit per l. supr. cit. 19. D. de appellationib. vid. Vant. de
nullitatib. rubr. quis possit dicere de nullitate n. 33. & seqq. Bocer.
class. 6. disput. 33. n. 48. Mynsing cent. 2. obs. 77. & cent. 4. obs. 63. in
fin. & Respons. 17. deca l. 2. n. 14. & 15. Sigismund Scaccia de appella-
tionib. rem. 1. conclus. 21. n. 7. & seqq.*

THESIS II.

Est autem ipso Jure Nulla
Sententia vel Ratione Perso-
narum, quæ Judicium con-
stituent, ^(a) vel ratione Pro-
B 3 . ces-

cessus sive ordinis^(b) vel ratio- ne sui ipsius.

(a) Judicium dicitur legitima iudicis inter litigantes de re controversa disceptatio & dijudicatio *c. forus 10. X. de Verb. Signif. l. Labeo 3. §. tamen si 1. ibi: disceptatorem inter se eligerunt D. de Recept. arbitr. l. 1. D. de re iudicat. l. in hac actione 3. §. ibidem 13. ibi: de quibusdam tamen exceptionibus omnimodo ipsum debere disceptare D. ad Exhibend. cum similib. Wesenb. in *ω. de iudic. n. Emeric. à Rosbach. in prax. Civil. tit. de iudic. 1. n. 3. Treutler. vol. 1. disp. 12. tb. 1.* Personæ quæ iudicium constituunt, sunt Iudex, Actor & Reus *c. forus. X. de V. signif.* Quandoq; tamen etiam aliæ personæ sunt necessariae, ut Adessor, Advocatus, procurator, testis & similes, quæ in iudiciis tum iudici, tum litigantibus adstant. Iudex est qui iudicat de causa, & dicitur quasi jus dicens vel dictans *d. c. forus.* & est alius, Ordinarius, qui causarum cognitionem atq; jurisdictionem vel suo jure habet, vel Principis beneficio exercere potest, *ordentliche Richter seyn/ die freyeigen Gerichts-Zwang haben l. more majorum 5. D. de J. dictione l. omnes magistratus 12. C. de iud. Vant tit. de nullitate sentent. ex defectu J. dictionis n. 31.* quales sunt, Pontifex, Archiepiscopi, Imperator, Electores, Principes, Comites &c. Alius delegatus, qui ex alterius commissione, alicujus causæ suscipit judicialem cognitionem *l. 1. D. de offic. ejus cui mand. est jurisdictio, c. super questione 27. X. de Offic. & potest. jud. delegat.* alius subdelegatus, cui causa vel aliquid de causæ mediis à Delegato secundo loco committitur *d. c. super questionem vers. intentionis.* Alius arbiter, qui de communi partium consensu eligitur & in eum compromittitur *c. à iudicibus 2. 9. 6. & rot. tit. de Recept. arbitr.* Ein willkührlicher Richter. Actores autem dicuntur, qui juris experiundi causa aliquem in jus vocant *l. in tribus 13. D. de iudiciis.* Horum quidam agunt suo nomine, quidam verò alieno, quales sunt Advocati*

vocati, Procuratores & Syndici. Reus est is, contra quem agitur in iudicio, dictus à re quæ petitur ab eo præstanda *c. forus X. de V.S.* Assessor est, qui assidet in iudicio iudici, & eum, si forte iudex est imperitus, ad rectè decidendam causam instruit, aliàs vocatur Consiliarius. *Speculat. tit. de Assessoribus.* Advocatus is dicitur, qui in negotiis gravibus & arduis patrocinium litigantibus præbet. *tit. C. de Advocat. diversor. jud.* Procurator est, qui aliena negotia mandatò Domini administrat. *l. 1. de Procur.* Syndicus: ille dicitur, qui ab Universitate vel Collegio ad iudicia constituitur, *l. numerum 18. S. defensores 13. D. de munerib. & honorib.* Testis est is, qui ex iudicio partium rei gestæ conscius, à iudice ad eliciendam veritatem interrogatus, testimonium perhibet. *vid. Termin. process. cap. 1. de iudicio & personis legitime in eo consistentib. Emeric. Rosb. loc. supr. cit. VVesenb. in w. de iudic. n. 9. & seqq. Gilbausen part. 1. cap. 1. arboris iudiciar. §. 6. de Iudice Ordinario & seqq. de Tabellionibus, Scribis, Actuariis & Apparitoribus vid. Dd. ad tit. C. de Tabulariis scribis & c. Besold. in thesaur. practico lit. N. vocab. Notarius 29 & lit. G. 41. Gerichts-Boten / Cankley-Knecht / Gerichts-Pedellen.* Verum ut iudicium constet, ratum & validum sit, requiritur personæ legitimatio. *Jacob. Menoch. de præsumtionib. præsumt. 48. lib. 2. n. 7. Vant. de nullitat. sentent. ex inhabilitat. adeò sanè ut inhabilitatis exceptio non censeatur rejecta à statuto, quo aliàs exceptiones exclusæ sunt. Menoch. & Vant. loc. supr. citat. licet etiam causa requirat tantùm summariam cognitionem, persona tamen legitimari debet. Joseph. Mascard. de probationib. Vol. 2. concl. 799. n. 17. Qua de re in subseqq. plura subjiciemus.*

(b.) Quamvis circa Civilia iudicia multa concurrant, tamen ut plurimum subsequentiæ observari solent:

Actor debet adire iudicem competentem, id est habentem jurisdictionem Ordinariam, vel delegatam, atq; in foro Rei præsentem, cujus forum Actor sequitur *l. juris ordinem 2. C. de iurisdict. omn. jud. c. sanè 3. X. de for. compet.* Adibit autem

tem

tem talem, qui possit esse iudex. *vid. Emeric. à Rosb. in praxi
civil. tit. de iudice 4. n. 11. & seqq. Gilhaus. part. 3. arbor. judiciar. cap.
5. ramusc. 10. In princ. & numer. seqq.* Non solum autem adire
iudicem actor debet, sed simul quoq; libellum offerre & pe-
tere reum citari. Vulgo enim ex moribus & stylo hodierno
iudex unà cum citatione Reo transmittit copiam libelli, ut
deliberare interim possit, velitne litigare an cedere. Cita-
tio est vocatio Rei, & quorum interest, ad iudicium. Estq;
primum iudiciorum præparatorium & fundamentum pro-
cessus, ideoq; iudices nihil vel in iudicando vel in exequen-
do attentare debent, nisi utraq; parte citatâ. Oportet au-
tem probari citationem esse factam, quæ probatio communi-
ter adscribitur ad acta. Deinde citationem fieri necesse
est ad instantiam partis ad versa, & ad omnem actum iudici-
arium citandus est ille, de cuius præiudicio agitur. *l. de uno
quoq; 47. D. de re iudic. vid. Termin. Rosb. & Gilhaus. loc. supr. citat.
titulis & capitib. seqq.* Citationem excipit Comparitio, quæ
est secundum tenorem citationis vel personæ propriæ, vel
substituti ejusdem in iudicio præsentatio. Qui autem non
comparet, contumax dicitur, & quidem, qui in edictis tribus
propositis vel uno peremptorio vocatus, non venit, vel venit,
& non paret iudici, vel ante tempus recedit. *Specu-
lat. in tit. de contumac. §. 1. in princ.* Contumacia verò alia est
Actoris, alia Rei, Actor, sicutavit Reum citari, & postea
contumaciam committat in non comparendo, primum co-
gitur adversario viatica & litis expensas restituere. *l. eum
quem temere 79. D. de iudic.* Deinde non amplius ad agen-
dum admittitur, nisi præstita sufficienti cautione de lite pro-
sequenda *c. Actori. 1. de dol. & contumacia in 6.* Quando ve-
rò Reus citatus non comparet, tunc Actor ipsius contumaci-
am accusat, & tum si super accusata contumacia pronuncia-
tum fuerit, de Jure Communi Actor mittitur in possessio-
nem rei petitæ. *vid. Emeric. à Rosbach in prax. Civil. tit. 30. 31.
& 32. de contumacia, primo & secundo decreto.* Quibusdam di-
ebus tamen, puta feriatis, citatus comparere non tenetur.

Qua



Qua de re vid. tit. D. de feriis & dilationib & ibid. Dd. Postquam ad iudicium ventum est, tunc Advocatus causæ seu actionis maximè attentus esse debet circa formationem libelli. Nam incongruum & ineptum libellum proponens, hoc est non concludentem ex præmissis, repellitur ex officio iudicis. Est itaq; libellus brevis quædam conceptio verborum seu scriptura, claram continens Actoris intentionem, contra adversarium necessario inferens aliquid vel concludens. & debet potissimum ambitu & complexu suo quinq; continere, quæ his versibus comprehenduntur:

*Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo
Rectè compositus quisq; libellus habet.*

Vid. Termin. loc. supr. cit. c. de libello 20. 21. & Dd. in addit. ibid. allegat. Geil. lib. 1. obs. 61. Rosbach. tit. de libellis 33. Si autem male conceptus libellus sit, sæpius mütari solet & emendari. Est autem mutatio & emendatio libelli de jure communi concessa usq; ad litis contestationem, non etiam postea. *Dd. ad l. edita actio 3. C. de edend. vid. Geil. lib. 1. obs. 74. n. 4. & Eberhard. Speckan. cent. 1. quest. 65.* Solet etiam nonnunquam tempus vel dilatio à iudice, vel pro responsione deliberanda vel ad probandum vel ad agendum, vel ad excipiendum replicandumq; vel ad reprobandum, parti dari sive concedi. Quando enim Reus comparet in iudicio & animadvertit sibi opus esse accurata deliberatione ad respondendum libello, tunc petit dilationem, quæ ei de jure Communi concessa est. *aurb. offeratur. C. de lit. contestat. vid. Emeric. à Rosbach. in prax. Civili tit. de dilationib. 37.* Quis sit Reus superius dictum est.

Quia autem Reorum proprium est fugere, circumspectus esse debet, quæ defensione (ita enim existimamus exceptionem in genere definiendam esse, quod sit nimirum defensio ex justa & legitima causa competens adversus id quod ab adversario intenditur.) vel devitare possit processum iudicii, & sic contestationem litis, vel quomodo perimat intentionem Actoris. Aut enim opponitur exceptio aliqua vel dilatoria vel ad impediendum processum iudicii, veluti ex-

C

ceptio

ceptio jurisjurandi, transactionis, rei judicatæ, & si in continenti probatur, absoluitur Reus ab observatione judicii. Aut opponitur excēptio peremptoria lite scilicet contestatâ, quam si Reus docuerit, ab actione definitivè absolvitur. *vid. omnino Ludovic. Gilhausen cap. 5. arbor. judic. ramusc. 10. de Except. Zanger. in tract. de Exceptionib. Termin. in Process. cap. 202. & seqq. Rosbach. loc. supr. cit. tit. de Exceptionib. 39.* Exceptionis exclusio vocatur replicatio, & nihil aliud est quam Exceptio à parte Actoris veniens *l. Exceptio 2. §. replicationes 1. D. de Exceptionibus.* Quemadmodum verò Exceptioni opponitur Replicatio: ita & Replicationi opponitur alia allegatio, quæ Duplicatio vocatur. Quod si & duplicatio aliquam ob causam inique noceat, alia allegatione utitur Actor, quæ dicitur Triplicatio. Interdum varietas negotiorum harum Exceptionum usum ulterius etiam producit videlicet usq; ad Quadruplicationem. *vid. tit. Inst. de Replicationib. & ibid. Dd. Rosbach. loc. supr. cit. tit. 44.* Quando verò Reus nullam habet exceptionem, quâ declinet vel differat judicium, tum in foro receptum est, quod idoneam satisfactionem vel cautionem sufficientem ab Actore præstari petat. Quam Actor quoq; ante omnia per pignora vel fidejussores, vel juratò præstare tenetur. *l. i. D. Qui satis dalogant. ibid. VVesenb. in w. & alii Dd. Rosbach. tit. de Satisfactione 45.* Satisfactione præstitâ Reus respondet ad libell. vel affirmativè vel negativè, & hæc affirmatio vel negatio, appellatur litis contestatio. Est autem litis contestatio principalis negotii apud judicem hinc inde facta narratio. Et dicitur fundamentum & de substantia judicii, ita ut omissio ejus vitiet & processum & sententiam. Et fit, (*uti dicit.*) affirmativè respondendo ad narrata & deducta in libello verbis claram & perspicuam responsionem exigentibus plerumq; hac clausula: *animò contestandi litem affirmativè: In Gemüth und Meinung den Krieg mit ja zubefestigen* / idq; iterum dupliciter: Aut enim Reus simpliciter fatetur debitum, nullam subjiciendo exceptionem, & tunc Actor relevatur ab onere probandi, judi-

judicisq; partes nullæ aliæ sunt quàm statuere terminum Reo ad solutionem, secundum consuetudinem judiciorum & cujusq; loci. *l. si debitori 21. D. d. judic.* Aut subjicit aliquam exceptionem peremptoriam, & tunc ei probatio exceptionis oppositæ imponitur. *l. agere 1. D. de Exceptionib. l. ei incumbit. 2. l. in exceptionibus. 19 in princ. D. de probationib.* Negative verò fit: negando narrata pro ut narrantur, additâ plerumq; hæc clausulâ: *In Gemüth und Meinung/ den Krieg mit nein zubefestigen.* Licet postea nonnunquam specifica negatio subjiciatur, als in sonderheit/ *Beflagter ist nicht gesiendig das und das &c. vid. Geil. lib. 1. observat. 73. & seqq. Speculat. tit. de lit. contest. Rosbach in prax. civil. tit. eod. 44.* Lite contestata Actor & Reus propositis SS. Evangeliiis, jurare debent de calumnia evitanda *tot. tit. C de juram. propter calumn. dand.* Comprehensum autem est hoc juramentum versiculis hisce:

Illud juretur quod lis sibi justa videtur,
Et si quæretur, verum non infitietur,
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,
Ut listardetur, dilatio nulla petetur.

Vid. Speculat. lib. 2 part. c. 2 rubr. de jurament. calumn. Rosbach. tit. 50. & ibid. citat; Dd. Porro, in ordine judicii sequuntur positiones & Responsiones, quæ hinc inde, ad deducendâ & probandam partis intentionem dantur: super quibus postea per verbum credit vel non credit ritè & legitimè responderi oportet. Est autem positio brevis verborum conceptio, assertionem & intentionem ponentis complectens, super qua adversarius veritatis eliciendæ gratia respondere tenetur *Speculator loc. supr. cit. tit. de posit. §. 1. Marant. in spec. jur. part. 6. tit. eod. §. 1.* Responsio est ad positiones vel articulos per verbum credit vel non credit facta confessio, *vid. Geil. lib. 1. obs. 79. & seqq. Rosbach. tit. 51. & 52.* Neq; tamen qualitercunque respondisse sufficit, sed oportet singulariter, clarè distin-

Etè, purè & simpliciter responderi, ita ut intelligatur & per hoc ponens à probatione relevetur. Unde si positio plura in se contineat capitula, per distinctionem responsio fieri potest. Item si positio partim vera partim falsa sit, tunc neque in totum affirmari debet, neque in totum sine perjurio negari potest. *Geil. loc. supr. cit. obs. 82. Myns. cent. 2. obs. 55. Covarruv. lib. 1. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. n. 5.* Imprimis verò decet Advocatum causæ attentum esse circa documenta & probationes, quibus vel intentatam actionem vel oppositam Exceptionem probare velit. *l. 1. C. de probat.* quia tota vis in probationibus consistit. Et dicitur probatio fides veri, seu declaratio rei dubiæ facta, legitimis modis & temporibus in iudicio. Atque incumbit ei, qui in iudiciis agit & allegat, non qui negat *l. verius esse 21. § l. seq. D. § l. Actor 23. C. de probat.* ita scilicet, ut Actor primò teneatur probare actionem suam, antequam Reus exceptiones suas. *arg. l. possessiones 2. C. de probationib. l. qui accusare 4. C. de Edend.* Et probari debent facta & qualitates quæ ad causam spectant & in quibus intentionis fundamentum positum est *l. si ve possidetis 16. C. de probationib. Speculat. dict. lib. 2. part. 2. rubr. de probationib. §. videndum 3.* Fit autem probatio vel per testes, vel per instrumenta, *brießl. Vhrkunden/* vel per confessionem vel rei evidentiam *§ c. l. proprietatis 4. C. de probationib. l. ubi numerus 12. D. de testib. l. emancipatione 11. C. de fid. instrumentor. Speculat. tit. modò citato.* Testes (idonei & omni exceptione majores *vid. l. 1. 2. § seqq. imò tot. tit. D. § C. de testibus*) autem regulariter sunt producendi post litis contestationem, & si ante recipiantur, non valet quod agitur *c. 1. § e. quoniam 5. X. Ut lit. non contestat. vid. Speculat. lib. 1. part. 3. rubr. de teste.* Terminus verò seu induciæ ad probandum de Jure Civili & Canonico sunt arbitrariæ, & sic in arbitrio iudicis repositæ pro qualitate causæ & personarum nec non loci distantia. Post designatum itaque à iudice terminum probatorium, articuli offerendi sunt per producentem & petendum apud iudicem, ut transmissâ copia

piâ articulorum pro faciendis interrogatoriis, partem ad-
versam, in constituto termino citet, ad videndum jurare &
recipi testes, quæ citatio debet esse peremptoria adjectâ clau-
sulâ: Und ihr erscheinet also oder nicht/soll nichts desto-
weniger mit der Vorstell=Berend=Verhör=und Anneh-
mung der Zeugen/wie sichs zu Recht eignet und gebühree
verfahren werden. Ac bene notandum, quòd quotiescun-
que pars velit deducere suam probationem vel per testes vel
per instrumenta, semper ad hoc citanda sit pars adversa. Nam
receptio testium contra non citatum nulla est *c. in nomine Do-
mini 2. cum similib. X. de testib.* Sic etiam omnes scripturæ &
instrumenta, quibus pars intendit probare, debent produci
parte adversâ, præsentè & citata *l. iudices 18. ibi: etiam in illis
servare volumus: qui prolatis instrumentis fidem adhibere exigun-
tur. C. de fid. instrumentor.* Cæterum, cùm superius articulorum
item Interrogator. mentionem fecerimus, sciendum est,
quod articulus sit pars seu conceptio intentionis, continens
id quod Actor vel Reus intendit probare. *vid. Marant. in spec.
jur. part. 6. judic. rubr. de positionib. n. 1. Speculat. de testib. §. nunc
videndum §. Rosbach. tit. 54. Termin. cap. 213.* Interrogatoria
verò sunt interrogationes, Fragstücke quas pars vult fieri su-
per negotii circumstantiis testibus contra se inductis *cap. per
tuas 49. X. de testibus Speculator dict. loc. §. jam de interrogatoris 6.*
Cautum autem est tam legibus Civilibus, quàm Canonicis
juribus, quod testes jurati deponere debeant, quamvis in offi-
cio constituti sint. *l. jurisjurandi religione 9. C. de testib. c. frater-
nitatis 17. in fin. X. eod. tit.* Et est communis doctrina quod ju-
ramentum restium præcedere debeat ipsam depositionem
vid. Termin. cap. 215. n. 4. Quapropter juramento præstito,
partes & testes paulisper secedunt vocaturq; unus tantum
qui prius juramenti præstiti, itemq; pænæ perjurii, sedulo
commonitus ad quemlibet articulorum, nec non &
quodlibet interrogatorium sigillatim summa cum di-
ligentia examinatur, & interrogatur. Dicta au-
tem

tem testium summa cum diligentia, & sicut dicunt ipsissima
verba ipsissima phrasibus periodusq; scribenda, die Aussagen der
Zeugen sollen mit denselben Worten / wie sie von ihnen
Ausgesprochen / vom Notario Aufgeschrieben werden.
Et cuilibet testium finita depositione, silentium imponendum
est. *vid. Termin. cap. 216. Rosbach loc. supr. cit. tit. subseqq. Gil-*
hausen part 2. cap. 6. art. 1. de testib. & seqq. Examen testium
excipit publicatio attestatorum, quæ fieri debet, coram iudice
Rei Ordinario & ad instantiam partis, quæ producit attesta-
tiones, & altera pars, contra quam deductæ probationes sunt,
non tantum citanda juxta *cap. 2. X. de testib.* sed & communi-
ter priusquam fit publicatio, reservat sibi jus excipiendi, post
publicationem, contra testes & dicta testium, vel etiam de a-
lijs beneficijs protestatur. Testes vero semel producti & exa-
minati, non possunt post publicationem ad petitionem pro-
ducentis iterum de integro repeti, vel saltem super quibusdã
articulis interrogari *c. per tuas 48. in fin. X. de testib.* nisi for-
san dolò vel negligentia Examinatoris super omnibus capitu-
lis interrogati non fuerint. *Panormitan. ad dict. cap. & gloss.*
in verb. audiendum. Quomodo per instrumenta, confessione,
rei evidentiam &c. fiat probatio. *vid. Emeric à Rosbach. in praxi*
civili tit. 62. & seqq. Solet etiam iudex in defectu probationis,
causa cognita parti deferre juramentum veritatis explorandæ gra-
tia & ut ad sententiam procedere possit, *l. admonendi. 31. D. de*
jurejurand. l. 3. C. de reb. credit. cum similib. unde etiam neces-
sarium appellari consuevit. Sed de materia hac juramento-
rum, quomodo scilicet & quando juramentum sit vel deferen-
dum vel referendum *vid. Practici super. citati in titulis & capi-*
tib. subsequentibus. Litis itaq; contestationem, probationes,
Exceptiones, Replicationes &c. sequitur conclusio causæ.
Maranta dict. loc. tit. de conclus. n. 1. Est autem conclusio cau-
sæ, omnium juris & facti allegationum renunciatio, totius-
que causæ ad definiendum submissio *cap. pastoralis 5. X. de cau-*
sa possess. & proprietat. Et hæc renunciatio adacta referenda
est, eò quod non præsumatur conclusum in causa nisi ex actis
con-

constet *c. quoniam contra 11. X. de probationib.* Estq; alia expressa, quando simpliciter expressis & disertis verbis renunciatur omnibus Exceptionibus tam juris quam facti. Alia tacita, quando non ita verbis expressis renunciatur, sed partes nulla interposita protestatione de amplius deducendo jure suo simpliciter submittunt ad sententiam. *Speculat. lib. 2. part. 2. rubr. de renunciatione & conclusione.* Deinde alia conclusio pura, quæ simpliciter & absolute causam cōcludit, alia eventualis, quæ fit cum conditione, protestatione & reservatione. Quarum protestationum effectu sententia sæpè rescinditur & amplior probatio admittitur. *vid. Geil. lib. 1. observat. 107. n. 9. Rösbach. loc. sup. cit. tit. 70.* Postquam in causa conclusum est, partes regulariter ad audiendam sententiam citari debent. *arg. l. eaq; 7. & l. tres denunciationes 9. C. quomodo & quando judex sentent. profer. deb. Clement. sæpè. final. vers. sententiam ibi: citatio ad id, licet non peremptorie partibus & c. de Verb. Signif. Geil. l. 1. obs. 109 in princ. Bernhard. Grav. ibid. n. 1. & 2.* Et quamvis judex ore proprio sententiam recitare teneatur: *arg. c. ad nostram 3. X. de consuetudine.* attamen hoc non procedit in iudiciis majoribus *c. fin. de sentent. & re judic. l. hac lege 2. C. de sentent. ex pericul. recit. & quando consuetudine introductum est, ut per scribam judicij sententia publicetur. vid. Gilhaus. part. 1. cap. 8. arbor. judiciar. de sent. rectè riteq; latis. Geil. & Grav. loc. sup. citat.* Observandum tamen quòd judex ante omnia debeat diligenter cuncta quæ fuerunt in iudicio acta disquirere, & postmodum in loco consueto, utraq; parte presente vel alterâ contumaciter absente sententiam ferre. *Speculat. lib. 2. part. 3. de sentent. §. qualiter 5.* Neque etiam sufficit sententiam ferri, nisi & ipsa executioni mandetur. Est autem illa sententia executioni mandanda, quæ de jure valet & tenet, & quæ non est per appellationem vel aliud remedium suspensa. *l. 1. C. de Execut. rei judicat. l. fin. D. eod. tit. cum similib. Speculat. loc. sup. cit. Rubr. de Executione sentent. §. 1.* Denique cum sententia etiam de jure valida, vel per appellationem, vel supplicationem, item restitutionem in integrum & alia remedia sublevetur, ante
omnia

omnia formalia cujusque remedij à judice probè observanda sunt, priusquam super meritis causæ cognoscat. Sed de remediis suspensivis vel devolutivis impræsentiarum agere propositi nostri non est *vid. Specula t. lib. 2. part. 3. rubr. de Sententia §. quoniam 9 & rubrica de appellatione, item restitut. in integr. de Supplicatione: Gilhaus. part. 3. cap. 8. de appellationib. & part. 4. 5. & 6. Emer. à Rosbach in praxi Civil. tit. 73. & 76. Termin. process. cap. 230. Geil. lib. 1. observ. 119. & ibid. Beinhard. Greven. & præ cæteris Hilliger. Donell. Enucl. lib. 28. cap. 4. cum seqq. ibidemq; citati Dd.*

THESIS III.

Ratione personarum judicium constituentium nulla dicitur sententia, quando vel à judice non competente^(a) vel inter eos, qui legitimam personam standi in judicio non habent, lata est.^(b)

(a) Forum est locus vel sedes, in qua lites, & controversiæ judiciales exercentur *c. forus X. de verb. signif. & est duplex Competens & incompetens. Competens est ordinaria JDictionis sedes tot. tit. X. de sed. compet. l. nemo 4. C. de JDictione omnium judic. & c. vel congruum & proprium tribunal, ubi Reus ab Actore conveniri debet. per vulgata. Incompetens contra est vetitum incongruum & alienum tribunal, cui*

cui Reus conventus subiectus non est tot. tit. C. Si à non compet. iudice. l. in criminali 3. C. de Jurisdic. omnium iud. Causæ ob quam forum quis sortitur, sunt variæ & multæ. Prima est Lex & consuetudo, quæ Jurisdictionem & forum tribuit proprium c. licet 10. c. cum contingat 13. X. de foro compet. l. fin. ibi: vel eos adire Magistratus, quibus hoc facere vel Legibus, vel longa consuetudine permiffum est. C. de Emancipat. liber. Geil. lib. 1. obs. 57. n. 14. Quamquam & partes conventionem alicujus jurisdictioni se subicere possint l. est receptum 14. l. si convenerit 18. D. de Jurisdictione c. significasti 18. X. de for. compet. vid. Matth. Steph. de Jurisdictione lib. 1. cap. 21. & seqq. Secunda causa est domicilium originis, quod in civitate habet quis, unde oriundus est l. cives 7. C. de Incolis l. origine 4. C. de Municipib. vid. Matth. de afflic. decis. 384. n. 6. imò ferè per tot. Tertia est domicilium habitacionis l. fin. C. Ubi in rem act. l. juris ordinem 2. C. de Jurisdictione l. 2. C. de Incolis l. consensisse 2. §. 3. D. de Judic. l. 50. in fin. eod. Et licet domicilium post ceptum iudicium immutetur, attamen propterea non perimitur instantia sed ibi finiri debet. l. si quis postea 7. l. ubi acceptum 30. D. de judic. Quarta causa fori competentis est, qualitas privilegium & conditio personæ, quæ convenitur. Pupilli enim & viduæ similesq; personæ miserabiles, ad Principis curiam, ob sumptus aliasq; difficultates causas deferre possunt, vel si aliò vocatæ fuerint, ad principem sine ullo gravamine iis provocandi licentia datur l. unic. C. Quand. Imp. int. pup. vel vid. l. 1. C. de Offic. diversor. iud. Ita etiam clerici in foro Ecclesiastico conveniendi sunt. c. cum autem ab homine 10. X. de judic. c. cum sit generale 8. c. si diligenti 12. X. de for. compet. c. cum clericis 25. l. omnes 33. C. de Episcop. & cler. Geil. lib. 1. obs. 37. & ibid. Greven. Casus tamen in quibus clerici sortiantur forum seculare enumerant. Geil. & Grev. loc. mod. cit. Mynsing. cent. 2. obs. 67. Thom. Grammatic. decis. 61.

Sic etiam Scholares & Studiosi, suos iudices habent, per auth. habita. C. Ne fil. pro patr. Quintò, ipsa quoq; res iudicium congruum tribuit ei, in cujus territorio sita est res, de qualis movetur. l. un. C. Ubi de heredit. agatur. & c. l. un. C. ubi

D

fidei-



fideicommissi. l. 1. § ult. C. Ubi in rem act. exerceri deb. l. si res mobilis 10. D. de rei vind. Sexto sortitur quis forum ratione delicti auth. Qua in provincia C. Ubi de criminib. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quest. 38. Septimo ratione contractus c. 1. vers. contrahentes de for. Com. in 6. l. heres 19. in fin. l. Argentarium 45. D. de judic. Octavo, ratione causarum. Fiscus enim tam agendo quam conveniendo nullum alium judicem habet, quam Caesarem l. 1. § tot. tit. C. ubi cause fisc. vel Camera Imperialem. Ord. Cam. part. 2. tit. 20. Daß alle und jede fiscallische Sachen und Fäll/ an dem Keyserl. Cammer-Gericht gerechtfertiget werden sollen. Nonò ratione quantitatis rei quæ petitur, forum competens sæpè definitur l. si idem 11. l. pen. D. de J. D. tion. Geil. & Grav. lib. 1. obs. 123. Decima causa fori competentis est continentia & causæ affinitas tot. tit. D. de quib. caus. ad eund. judic. eatur. Myns. cent. 1. obs. 4. & 100. quæ non est dividenda c. pen. X. de in integr. restit. l. nulli 10. C. de judic. l. ordinarii juris est. 13. C. de rei vindic. Dicuntur autem affines & continentes causæ, quæ communem judicationis rationem habent ut una sine altera non facile definiiri possit. dict. l. nulli 10. C. de judic. Quæ causarum affinitas & connexitas tribus præsertim modis contingit. Primò ob causarum tum juris tum facti affinem & faciliorem tractationem & cognitionem. Cùm videlicet judicium unum ita cognatum & connexum sit alteri, ut unum per alterum præparetur, veluti est possessorium, per quod petitorium præparatur d. l. 10. C. de judic. l. si ve possidetis 16. C. de probationib. actio ad exhibendum per quam res exhibenda venit, ut postea vindicari possit l. in hac actione. 3. §. est autem 3. D. ad exhibend. Secundò per quæstiones & actiones præjudiciales, veluti est status quæstio l. quoties. 3. C. de judic. l. 1. C. de ordin. judic. Mynsing. cent. 1. obs. 100. Tertiò contingit ex generalitate actionis & causæ, per quam plures res & personæ diversæ jurisdictionis ad unum & idem judicium trahuntur, ut fit in actione tutelæ, negotiorum gestorum, familiæ erciscundæ

scundæ & c. l. 1. & l. 2. D. de quib. reb. ad eundem judic. eatur. vid. Greven. ad Geil. lib. 1. obs. 32. Jacob Menoch. de arbitrar. judic. quaest. 19. X. de for. competent. quæ præventio per citationem inducitur. dict. cap. proposuisti pen. X. de for. compet. vid. Geil. lib. 1. obs. 74. n. 18. & ibid. Greven. & lib. 1. observat. 29. n. 5. add. Hillger. in Donell. Enucl. lib. 17. cap. 18. tit. de præventionem & reconventionem. Datur den. q; ob renunciationem fori & denegationem iustitiæ alterius foro aditus. Mynsing. cent. 1. obs. 88. vid. Ludovic. Gilhausen part. 2. cap. 1. arbor. judiciar. de foro competente. §. 1. & seqq. Emeric. à Rosbach in prax. civili tit. eod. Hilliger. in Donell. Enucl. lib. 17. cap. 9. & ibid. citat. Dd. His ita præmissis concludimus: Sententia à judice non competente (v. c. cujus jurisdictioni vel notioni reus vel causa subjecta non fuit.) lata, nulla est. l. si quis 6. §. quid si quis 10. ibi: ergo & si quis eum, qui non erat jurisdictionis suæ. & c. D. de injusto irrito fact. testament l. 1. in fin. D. Quod quisq; juris in alter. stat. tot. tit. C. Si non à compet. judic. defectus enim jurisdictionis maximus est, ut pote ab ipsa causa efficiente proveniens: judex namq; potissima pars, basis ac fundamentum judicii vocatur Dd. ad dict. tit. C. Si à non compet. judic. Unde judicatum dici non potest ab eo qui jus dicendi non habuit. l. 1. §. fin. ibi: ab eo cui judicandi jus fuit. D. ad SCT. Tertyll. & Orph. l. 2. in fin. D. de panis. cum similib. Et quamvis nullitas ob defectum potestatis judicantis ex variis causis descendere possit, & omnes articuli ob varietatem & casuum multipliciter singulatim recenseri nequeant. arg. l. non possunt. 12. D. de LL. Nonnulla tamen exempla aliquali ordine proponere animus est. Primò itaq; si quis tanquam judex judicet, qui tamen nulli præest jurisdictioni, & in causa subjecta non fuit, ejus sententia non valet. l. 1. C. de pedan. judicib. l. privatorum 3. C. de Jurisdic. omn. judic. Et hæc nullitas ut omnium maxima imprimis attendenda est Mynsing.

ing. cent. 4. obs. 63. n. 4. & quotidie attendeant, non solum in decidendis causis, verum etiam in decernendis processibus trad. Geil. lib. 1. obs. 42. n. 8. & seqq. & ibid. Greven consideration. 1. in princ. Neq; etiam valet sententia lata à iudice incapace ex aliquo defectu, qui defectus in iudice possunt esse plures. Quidam enim sunt naturales, ut quia iudex est furiosus, mutus, surdus vel impubes. vid. Termin. process. cap. 1. de iudicio & personis legitime in eo consistentib. Emericius à Rosbach & Speculator tit. de iudice. & isti defectus quandocunq; obijciuntur, iudicium reddunt retrò nullum, etiamsi obijciantur post latam sententiam Speculat. lib. 2. partic. 1. tit. de Exceptionib. §. nunc videndum & §. finali. Quidam sunt defectus accidentales, & inducti per jus positivum, ut quia iudex est in famis, vel servus, vel. Excommunicatus &c. c. ad probandum 24. X. de Sentent. & re iudic. c. 1. de Exceptionib. in 6. Sententia quoq; dicitur nulla, quando iudex recusat ut suspectus, & procedit ad ulteriora post oppositam suspicionem, siquidem omnia, quæ post eam oppositam fiunt, sunt ipso iure nulla. Dd. ad l. apertissimi. 18. C. de iudic. & ad c. suspicionis. 39. X. de offic. & potest. iudic. delegat. Item quando commissa est causa pluribus iudicibus cum clausula, ut omnes vel alter sambt und sonders, vel sambtlich und sonderlich/ procedere possit, quo casu potest unus sine alio procedere & si unus procedere incipiat, censetur jurisdictionem præoccupasse & alii eum ulterius impedire nequeunt: illi verò si procederent, eorum processus est nullus nisi primus ex justa causa esset impeditus c. cum plures 8. vers. porro. de offic. & potest. iud. delegat. Non competentem iudicem & eum dicimus, qui cum alio ut iudicaret constitutus est, solus autem sententiam de causa dixit l. cum Magistratus 4. C. Quand. provocar. non est necess. vid. Vant dict. tract. de nullit. tit. de nullitate ex defect. jurisdictionis, & rubric seq. Maranta in specul. aur. part. 4. distinct. 16. n. 3. & seqq. Ludovic. Gilhaus part. 2. cap. 8. arbor. iudiciar. de Nullitatib. n. 3. & seqq. Speculat. lib. 2. partic. 3. de Sententia. §. juxta propositionis seriem 8. n. 2. vers. Ratione igitur iudicis.

(b) tot.

(b) *tot. tit. C. qui legitim. person. standi in jud. hab. vel non*
Idonei autem ut sint Actor & Reus, qui in iudicio jure com-
parere possint necesse est. Et est idoneus actor, qui jure non
prohibetur: cum generaliter, quicquid Legibus nominatim
prohibitum non erit, hoc permisum & concessum videatur.
per vulgata. prohibetur autem Actor esse servus *l. quoties 13. D.*
si quis caut. in judic. sistend. caus. fact. l. servus 6. & l. 7. C. de ju-
dicij. Quamvis in nonnullis casibus Actoris partes in judi-
cio obtinere queat. *l. vix. certis 53. D. de judic. l. ult. C. Ubi cau-*
sa fisci l. ult. C. Qui legitim. personam. stand. in judic. Bannito
quoque agendi licentia jure denegata &c. cum non habeat ea
quæ sunt juris civilis *arg. l. sunt quidam 17. D. de pœnis. vid. Geil:*
de pac. publ. lib. 2. c. 1. & seqq. Idem quoque de excommunicato
affirmamus. *arg. c. per tuas 7. X. de Sentent. excommunicator.*
& c. cum inter 5. X. de Except. Filiusfamil. de castrensi & quasi
castrensi peculij, omni que causa inde nata, suo jure suoque no-
mine adversus omnes recte agit. *l. 4. §. 1. D. de pecul. castrens. l.*
cum oportet. 6 §. cum autem 3. vers. exceptio C. de bonis quæ liber.
l. ult. C. de inoffic. testam. De adventitio peculio, ejusque cau-
sa, pater fructuarius agere potest cum consensu filij nisi is ad-
huc minor sit aut longè absit, tunc enim patri sine exceptione
agere denegatum haud est *l. ult. §. ubi autem C. de bon. quæ li-*
ber. Quod si tamen pater absit, aut furiosus fuerit, nec cu-
rator agat, integrum est filiofamilias, non expectatò consensu,
aut mandato patris de hoc peculio agere, dummodò caveat
patrè rem ratam habiturum. *arg. l. si cum dotem 22 §. si patri 4. &*
§. si soluto 10. D. Solut. matrim. Donell. lib. 17. Cõmentar. jur. civil. c.
4. Adventitio a. peculio ad filium pleno jure pertinente, filius
ipsemet ejus peculij nomine agit. *l. si infanti 18. §. final. C. de jur.*
deliberand. Quod attinet peculium profectitium, licet id ple-
no jure ad patrem pertineat, proinde solus Pater de eo regula-
riter agat, quandoque tamen filius quoque suo nomine experiri
potest, puta, quando cum aliquo contraxit, pater autem in
provincia sit. *l. si longius 18. §. 1. vers. Unde ego D. de judic. l. fi-*
liusfamil. 9, D. de Oblig. & act. Ad hæc pupillus sine tutoris

authoritate & adolescens absq; consensu Curatoris sui agere
volens non auditur. *l. 1. & l. 2. C. Qui legitim. person. stand: in
judic. hab. vel non.* Quemadmodum verò servus in iudicio
Actor, ita nec ut reus interesse potest, & si condemnatio ali-
qua in personam servi fuerit facta, quod statutum est non
subsistit. *l. Servus 6. l. cum debitoris 7. C. de iudic. l. licet. tamen
3. § si servus. 8. D. de peculio.* Filius familias, cum ex omnibus
causis tanquam paterfamilias obligetur, certè ob id etiam
cum eo, tanquam cum patrefamilias tam ex contractibus quàm
ex delictis agi potest. *l. filiusfamilias 39. D. de obl. g. & actionib.
l. cum ex contractibus 57. D. de iudic.* mortuo tamen filio post
litis contestationem transfertur iudicium in ejus patrem duntaxat
de peculio, & quod in rem ipsius patris versum est. *dict.
l. 57. D. de iudic.* Qui enim cum filiofamilias contraxit, duos
habet debitores, filium in solidum, patrem verò duntaxat
de peculio & in rem verso *l. si quis cum filiofamilias 44. D. de
peculio Dd. ad §. actiones autem de peculio 0. Instit. de actionib.*
Quod si filiusfamilias quasi procurator iudicium alterius ex-
perit, mortuo eo transfertur iudicium, vel iudicati actio in e-
um, cujus mandato negotia administravit. *dict. l. 57. D. de iu-
dic.* Si non in personam, sed in rem agatur, eaq; res sit peculij
adventitij, cujus ususfructus ad patrem pertineat ipsemet pa-
ter eam suis sumptibus suscipit actionem, consensu tamen filij,
nisi is adhuc sit in prima ætate constitutus vel longe absit *l. fi-
nal. §. ubi autem 6. C. de bonis quæ liberis.* Si verò adventi-
tium peculium filijfamil. sit, & quidem ex repudiatione pa-
tris, pleno jure eo casu filiusfamil. de rebus hujus peculij, pa-
tre tamen consentiente, conveniri potest, nolente autem pa-
tre has filij res gubernare, curator ei, si adhuc minor sit, dan-
dus est. *dict. l. ult §. 1. C. de don. quælibet.* Pupillus absq; tuto-
ris sui authoritate, & adolescens sine curatoris sui consen-
su in iudicio conveniri non possunt. *l. 2. C. Qui legitim. per-
son. stand. in iudicio habent vel non. l. acta 45. §. simul. l. contra
pupillum 54. D. de re iudic. l. cum & minores 4. C. Si adversus rem
iudicat. l. in universis 11. C. Qui dar. tut. vel curator. poss. & quia*
Res-

Respublica minorum jure uti solet, ideoque adversus eam in
defensam sententia prolata non valet. *l. Respublica 4 C. Qui-
bus ex causis major. l. 1. C. de jure Reipubl.* Exceptio autem pri-
moris ætatis ad impediendum processum, non solum ante sed
etiam post litem contestatam & quidem quodocunque oppo-
ni potest *l. in universis 11. C. Qui dare tutor. vel curatores poss.
f. fin. C. Qui legitim person stand. in judic hab. vel non.* Quod
de minore diximus id etiam, de prodigo, cui bonis interdictum
est exaudiendum volumus. *l. si curatorem 3. C. de in integr. re-
stitut. minor. l. 1. in pr. D. de Curatorib. furios. l. his qui 12. §. ult.
D. de tut. & curatorib. dat. ab his & c.* Et hæc de Actore & Reo.
Assessores esse nequeunt, infamis. *l. liberti 2. D. de offic. assessor.
l. neque famosis 2. C. de dignitatib.* Suspectus alteri partium.
Si enim esset, recusari posset, quia participat de jurisdictione
judicantis *l. 1. D. de offic. assessor. c. super questionem 27. X. de of-
fic. & potest judic. delegat.* Item excommunicatus propter
communione periculum. Ad vocati esse prohibentur, sur-
du, mutus, cæcus, perpetuo furiosus, servus, mulier, minor an-
nis septendecim, item infamis *l. 1. D. de postuland.* Procuratores
ijdem demto tamen infame *De ad §. fin. Inst. de Except.* Quam-
vis moribus contrarium observetur. *vid Geil. lib. 1. obs. 43. n. 8.*
In quorum constitutione observandum præterea, qui possint
eos constituere. Prohibetur autem procuratorem dare non
modo qui intellectu caret, ut infans, furiosus, mente captus,
item mutus & surdus, sed & quandoq; aliquis ex his, qui intel-
lectum & judicium habent, puta pupillus & minor viginti
quinq; annis absq; tutoris autoritate & consensu curatoris.
*l. mutus 43 §. 1. D. de procuratorib. l. 1. §. huit proximus 13. D. de ob-
ligat. & act. l. furiosi 40. D. de divers. reg. jur. l. 3. C. de restitut.
in integr l. neq; tutores 11. vers. pupillus C. de procuratorib. Myns-
cent. 2. obs. 38.* In primis autem ad procuratoris constitui o-
nem domini mandatum exigitur, cum nemo sine mandato a-
lieno nomine experiri possit. Et in principio judicij inqui-
rendum, est, an procurator ad agendum negotium mandatum
à Domino litis habeat nec ne *l. 1. in princ. D. de procuratorib. l.
si quis*

si quis apud aliquem 3. §. procuratorem 2. D. judicatum solvi. l. naturalis 5 §. sed si facio 4. D. de praescriptis verbis l. licet 24. C. de procuratorib. Et licet ante litis contestationem exceptum non fuerit contra procuratorem falsum, attamen cum eo nec dici controversia, nec judicium esse potest nisi Dominus postea ratum habuerit dict. l. licet. 24. C. de procuratorib. & l. licet 56. D. de judic Geil lib. 1. observ. 47. & ibid. Grav. Sunt tamen nonnullæ personæ, quæ licet fateantur, nullum se habere mandatum, ad agendum nihilominus admittuntur, si satiscent, Dominum, cujus nomine agunt, ratum habiturum: quales sunt liberi in causa parentum, parentes in liberorum, fratres in causa fratrum & sororum, libertus in causa patroni, maritus in causa uxoris, modò non aperte repugnet Domini voluntas. l. si quis 3. §. sed & si fortè 3. D. judic. solvi. l. sed & hæc 35. D. de procuratorib. l. exigendi 12. C. de tit. l. Pomponius 40. §. ult. D. eod. tit. Consors quoque litis, si suo & consortium nomine agere velit, sub cautione de rato admittitur. l. 2. C. de consortib. ejusd. lit. Syndici esse nequeunt, qui ab universitate vel Collegio licito constituti non sunt l. 1. D. Quod cujusq. universitat. nomin. Testes esse non possunt, perjurus, infamis, inimicus capitalis, Domesticus, Excommunicatus, falsarius &c. Quæ de re in tit. D. & C. de testib. & ibid. Dd. vid. hac de materia. Termin. loc. supr. cit. Emeric. à Rosbach in prax. civil. sub tit. de Actore, Reo; Syndicis, defensoribus Advocatis, procuratoribus, testibus, de Exceptionibus contra personas & dicta testium &c. Henric. Bocer. class. 6. disp. 4. & 6. Gilhausen. Speculator & alij. Item Vantius loc. sep. citat. rubric. de nullitate ex defectu in habilitatis comparentium, ac quibus modis regulariter proveniat. Maranta in spec. aur. part. 4. dist. 16. n. 19. & seqq. quomodo non possit quis vices plurium sustinere, ut puta simul Advocati & Assessoris, judicis & testis. Geil. lib. 1. obs. 44. n. 11. Arismin Tapat. tit. 250. in princ. Aymon. Cravetta consil. 265.

TH. IV.

THESIS IV.

Ratione processus nulla est sententia quando contra solitum judiciorum ordinem prolata est.

Ut si dicta sit, processu iudicii omisso, veluti citatione, actionis editione, litis contestatione, causæ disceptione & cognitione *l. prolatam 4. C. de Sentent. & interlocutionib. omn. judic. l. 1. C. de Executione rei judic. arg. cap. veritatis 8. vers. nos igitur X. de dol. & contumac.* Certum enim est citationem ad omnem iudicii actum fieri debere, quâ omisâ, actum illum, quoad absentem non citatum, nullum esse *c. 1. X. de caus. poss. & proprie. l. de unoquoq; 47. D. de re judicat.* Ita etiam jure Communi sententia nulla dicitur quando actio, in graviori maximè causa, absq; libello edita, ut & quando libellus manifestè ineptus est *auth. offerat. C. de lit. Contest. Nov. 53. c. 3. §. 1. Clem. sepè in princ. de verb. signif. cap. examinata 15. X. de judic. l. fide jussor. 32. D. de negot. gest. l. 1. in fin princ. D. si mensor fals. mod. dix.* Litis quoq; contestatione omisâ, sententia nō valet *c. unic. X. de lit. contestat. c. accedens 2. vers. cum igitur. ibi: non tamen debuerunt super principali negotio definitivam sententiam, lite non contestata proferre X. Ut lit. non contestat. non procedatur.* Sic nulla est sententia, si jusjurandum calumniæ exactum, at non præstitum sit, *c. 1. §. 1. c. 2. in pr. de jurament. calumn. in 6. l. 1. & l. 2. in princ. & §. §. seqq. C. de jurejur propt. calumn. dand. l. intercoheredes 44. §. qui familiae 4. D. famil. heruscund. vid. omninò Bernhard. Greven. ad lib. 1. Geil. obs. 84. per tot. quamvis hæc doctrina in Camera Imperiali non observetur teste Geil. lib. 1. observ. 84. n. 2. 3. & 4.* Est quoq; nulla sententia, si præcipitanter & subito, absq; causæ cognitione, non ponderatò priùs

E

dili-

diligenter negotio, lata fuerit *l. ex stipulatione 7. vers. quapropter*
& l. nemo 13. C. de Sentent. & interlocut. l. 1. C. de Execut. rei judic.
l. hac lege. 2. in princ; ibi: non subitas, sed deliberatione habita post
negotium sententias ponderatas sibi ante forment. C. de Sentent ex
pericul. recitand. ideoq; talis sententia, tanquam præcipitata
& temeraria, ac injusta ipso jure nulla & rejicienda.
Quemadmodum autem solitus judiciorum ordo observan-
est. Ita etiam stylus ac consuetudo Curiarum, quæ pro lege
*habetur *l. ult. in fin. C. de injur. §. ult. Inst. de Satisfactionib. l. gene-**
raliter 12. C. de reb. credit. attendenda & secundum eam pro-
cedendum atq; pronunciandum, adeò ut contra consuetudi-
*nem judicans, litem suam faciat *§. 1. Inst. de Offic. judic. Dd. ad**
authent. habemus C. de judic. ac sententia expresse contra con-
suetudinem lata, perinde atq; contra constitutiones dicta
*sit ipso jure nulla. vid. *Vvesenb. in α . de Legib. n. fin. & ibid. Dd.**
citat. Neq; hoc prætereundum, quòd, quando contra Le-
ges judicatur, sententia itidem nulla dicenda sit. Judex
enim illud observare debet, ne aliter judicet, quam Legibus
*aut constitutionibus aut moribus proditum est *l. si expresim**
9. D. de appellationib. c. 1. X. de rejudicat. l. 1. §. item cum 2. D. Quæ
sentent. sine appellat. rescind. Secus si tantum contra Jus liti-
gatoris. 1. si cum inter 2. C. quand. prov. non est necess. & l. 1. §. item cū
9tra. 2. ibi: cum de jure constitutionis, nõ de jure litigatoris pronunti-
*atur. D. quæ sent. sine app. rescind. Et ita temperandæ sunt *l. penult.**
ibi: etiam cum iniquè decernit D. de just. & jur. & l. 1. §. 1. in fin. ibi:
neq; enim Prætoris factum juri derogare oportet. D. de fer. & di-
lation. l. Præses provincie 27. & l. cum prolatis 32. D. de rejudicat.
*vid. *Jacob. Schultes in additionib. ad Termin. process. cap. 1. n. 37. lit.**
A. Anton. Gabriel. Roman. lib. 2. de sentent. concl. 7. Quod si en-
tia contineat iniquitatem, tunc si manifestè iniqua fuerit
*ob errorem calculi, nulla erit *l. 1. §. 1. D. Quæ sent. sin. app. rescin-**
di, ut & si iniqua sit, eò, quod judex præcepit aut statuit, quod
*factu impossibile est *l. ult. D. Quæ sentent. sin. appellat. rescind.**
*quia impossibile nulla est obligatio *l. impossibilium 185. D.**
de reg. jur. vel si aliàs contra naturalem rationem & æquita-
*tatem fuerit probata *arg. l. placuit 8. C. de judic. Ord. Cam. part. 2.**
tit.

tit. 28. §. item nach de hinc vid. hac de materia Geil. lib. 1. obs. 42. de
Nullitatibus process. & ibid. Bernhard. Greven. concl. 42. Emeric. &
Rosbach in prax. civil. tit. de Nullitatib. 72. n. 11 & seqq. Marant. de
Ordin. judicior. part. 4. dist. 16. n. 10. 11. 12. & seqq. Speculator. lib. 2.
partic. 3 §. juxta 8. Ludovic. Gilhausen part. 2. cap. 8. arboris judici-
ar. de nullitatib. nu. 10. & seqq. Henric. Bocer. class. 6. disp. 33. hb. 8. &
seqq. Vantius de nullitat. rubr. de nullitate ex defectu processus pag.
m 5. 8.

THESIS V.

Sententia ratione sui ipsi-
us nulla dicitur, vel quando
est contraria priori, quæ
transit in rem judicatam ^(a)
vel quando prolata est con-
tra absentem non legitimè
citatum ^(b) nec non quæ dicta
est die feriato ^(c) vel extra
competens forum vel lo-
cum partibus publicata ^(d)
vel contra defunctum lata
^(e) & quæ neque condemna-
tionem neque absolutionem
continet. ^(f)

A 2

(a) l. 1.



(a) l. 1. C. Sententiam rescindi non poss. l. 1. C. Quam provoc. non est necess. modo inter litigatores eadem & de re ac controversia eadem dicta sit arg. l. cum quaritur 10. cum LL. seqq. D. de Except. rei jud.

(b) per ea quae super. de necessitate citation. diximus & per l. de unoquoq. 47. in princ. D. de re judicat. l. ea qua 7. C. Quomod. & quand. judex & ibid. Cujac. In dubio autem contra absentem lata sententia ex contumacia lata praesumitur Anton. Gabriel. Roman. lib. 2. tit. de sentent. conclus. 3. Menoch. lib. 2. de praesumptionib. praesunt. 69. per tot. Si vero citatus quis fuerit legitime, qui tamen adesse non potest, puta morbo impeditus vel reip. causa avocatus, tunc eo casu vel actio iudicati in eum deneganda est, vel ita iudicatum exequi non debet l. si Praetor. 75. D. de iudic.

(c) l. 1. D. de fer. l. 2. 3. & 7. C. eod. l. 4. C. Quomod. & quand. judex. vel non dicta eodem tempore, quo Magistratus qui iudicem dedit proferri sententiam voluit l. cum non eo die 6. C. Quam provocare non est necess. Et haec non solum in iudice sed etiam in arbitro obtinent, cum arbitria sint ad instar iudiciorum redacta l. omnes dies 7. C. de feriis l. Pomponius 13. §. arbiter 3. & l. si feriatis 36. D. de Recept. arb. Geil. lib. 1. obs. 53. n. 8. & 9. add. Bernhard. Greven ibid. conclus. 53. Gilhaus. loc. sup. citat. n. 14. vers. decimo quinto.

(d) l. ult. D. de J. D. Etione l. 1. in princ. & §. initio l. ult. D. de Offic. praes. urb. l. ult. D. de Offic. Proconsul. & l. si ut proprius 5. C. Quo modo & quand. jud. Gilhaus. dict. loc. n. 15. Henric. Bocer. class. 6. disp. 33. thes. 25. & 26.

(e) l. penult. D. Quae sentent. sine appell. l. de qua re 74. §. cum absentem 2. D. de iudic. si iudici ut iudicia, hoc est ex allegatione judiciali, de morte defuncti constaret. Nam non sufficit iudicem scire mortem partis ut privatum, sed necesse est eum hoc scire ut iudicem. Quando vero post publicatam sententiam mors partis allegatur judicialiter, sententia per interlocutoriam in heredes transfertur. vid. omnino Mynsinger cent. 1. obs. 85. per tot. Geil. lib. 1. obs. 109. & ibid. Bernhard. Greven. concl. ead.

(f) l. 3.

(f) l. 2. C. de Sentent. & interlocut. l. ait. Prætor. §. l. Præses
 27. D. de rejudicat. vid. Gilhausen loc. sep. citat. n. 21. nec valet si
 alio modo sit incerta, dubia vel obscura §. curare autem debet
 32. Inst. de actionib. & ibid. Dd. l. 1. & tot. tit. C. de Sentent. quæ
 sine cert. quans. (Ubi autem, quando & quibus casibus etiam
 in certa sententia procedat & valeat. vid. Vantius loc. sep. cit.
 tit. de nullit. ex defectu process. n. 101. num. seqq. pag. m. 570.) vel
 si lata sit contra manifesta jura l. si cum inter 2. C. Quando pro-
 vocar. non est neceß. & per super citata. vel si lata sit super alio
 quàm quod petitum est. l. ut fundus 18. D. Comm. dividund. in
 fin. l. ult. in fin. C. de fideicommissar. libertatib. l. quod tamen 12.
 l. non distingvemus 32. §. de officio arbitri cum seqq. & l. fin. D.
 de recept. arbitr. Jacob. Menoch. lib. 3. consil. 345. n. 32. vel in
 dominum prolata, quando cum procuratore lis contestata est
 l. 1. C. de Sentent. & interlocutionib. omn. judic. l. nulla 23. C. de
 procuratoribus l. Plautius ait 61 D. eod. lib. vel à judice stante &
 non sedente pronunciata l. à procedente 4. & ibid. Gothofred.
 C. de dilationib. l. 1. C. de offic. judic. l. quisquis 6. C. de postulando.
 Item si lata sit sine scriptis l. 2. & l. 3. C. de Sentent. ex brevicu-
 lar. recitand. vid. tamen. auth. nisi breviores C. dict. tit. De his
 & alijs causis, ex quibus sententia nulla redditur. vid. latius
 Speculat. lib. 2. partic. 3. de sententia §. juxta 8. per tot. Marant. in
 spec. jur. aur. part. 4. distinct. judic. 16. Henric. Bocer. dict. class. 6.
 disp. 33. th. 22. & seqq. Ludovic. Gilhaus. part. 2. cap. de nullita-
 tib. 8. n. 3. usq. ad num. 22. Geil. lib. 1. obs. 66. cum similib. supr. citat.
 Vantius de nullitat. & quidem præsertim tit. ex def. process. Eme-
 ric. à Rosbach in prax. civil. tit. 72. n. 26. & seqq. Arisminus, Te-
 patus tit. 250. cap. 2. quæ dicatur nulla, vel non. Zanger. tract. de
 Exceptionib. part. 3. c. 26. n. 67. & seqq. Rutger Ruland. de Com-
 missar. part. 1. libr. 6. cap. 5. n. 4. & seqq. Sigismund. Scaccia tra-
 ctat. de appationib. part. 2. quæst. 19. remed. 1. conclus. 1. 2. 3. 4. 5. &
 seqq. Hilliger. in Donell. Eucleat. lib. 27. cap. nullitas sententiæ
 6. cum seqq. Jacob. Menoch. lib. 3. consil. 345. num. 21. & seqq. Ti-
 berius Decian. vol. 2. Resp. 109. num. 2. & vol. 1. Resp. 45. num. 5.
 Josephus Mascard. de probationib. vol. 2. conclus. 686. Anton. Ga-
 brielis Romanus lib. 6. tit. statutis conclus. 3. & lib. 2. tit. de Sentent.
 concl. 2. 6. 7. & seqq.

THESIS VI.

Potest autem quaelibet sententia per remedium nul- litate impugnari.

Sive igitur in possessorio sive in petitorio vel aliàs lata fuerit sententia, de ejus invaliditate queri poterit. Nec ferè dubitandum est, quin eadem sententia à quocunq; etiam Magistratu proferatur, per remedium istud possit retractari, cum universalis Lex indistinctè præcipiat, judicès quoscunq; sive majores sive minores in procedendo ac sententias proferendo, generales *LL.* observare debere. *Nov. 82. c. omnis autem judex 13 cum similib.* Poterunt igitur sententiæ & decreta etiam amplissimorum Prætor. Prætorio si non fuerint secundum juris tramites & aliàs ritè lata, vicio nullitatis impugnari. *l. nemo judex 13. C. de Sentent. & interlocutionib. omnium judic. l. cum anteriorib. 5. §. cui consentaneum est 5. C. de temporib. appellat. Vant. rubr. an quaelibet sententia & à quocunq; etiam maximo magistratu prolata per remed. nullitatis impugnari possit, n. 2. & seqq.* Sed dubium est, an processus vel sententia supremi Principis vel ab eo summa cum potestate delegati ex defectu solennitatis aut judiciarij ordinis omisii, vel aliàs possit dici nulla? Aut nullitas consistit in defectu juris naturalis, ut puta, quia sententia est lata, sublatis defensionibus, vel non adhibita causæ cognitione, & ita thesis nostra vera est. *Matthæ. de afflict. decis. 283. per tot. Vantius loc. mod. citat. num. 13. & seqq. Sigismund. Scaccia tractat de appellationib. remed. 1. quest. 19. conclus. 2. n. 19. & seqq.* Aut nullitas consistit in defectu juris positivi, & tunc subdistingendum est. Aut constat, quod princeps in procedendo uti voluerit plenitudine potestatis, ut quia hoc expressit, & tunc processus ejusq; sententia non potest impugnari ex capite nullitatis proveniente ex defectu juris

ris

ris positivi, quia Princeps est solutus legibus. *l. Princeps 31. D. de legib. cum similib. Matt. b. de afflict. loc. super citat. n. 7. sub fin.* Aut constat, quod Princeps noluerit uti plenitudine potestatis vel recedere à dispositione juris communis, & tunc potest contra ejus processum & sententiam opponi etiam nullitas procedens ex defectu juris positivi. *Vantius loc. supr. citat. n. 12. vers. primo casu.* Aut non constat de ejus voluntate, sed in dubio casu versamur, & tunc posse ejus processum & sententiam impugnari de nullitate procedente ex defectu juris positivi, existimamus cum *Vantio n. 20. & seqq. & num. 25. vers. idcirco.* Quia in dubio non præsumitur quod Princeps voluerit uti plenitudine potestatis, quemadmodum etiam certa scientia non præsumitur in Principe, sed debet de ea legitime constare. *Vant. loc. supr. citat. n. 20. & 21.* Et hæc omnia etiam in civitate vel alio Domino superiorem in terris suis non recognoscente locum sibi vindicare tradit *Vant n. 10. in fin. add. ea que trad. Sigismundus Scaccia loc. supr. citat n. 19 & seqq.*

THESIS VII.

Deducitur nullitas vel per
viam actionis ^(a) vel per mo-
dum exceptionis ^(b)

(a) Quando nullitas sola allegatur petendo sententiam pronunciam nullam, quæ petitio seu imploratio haud ineptè nullitatis querela dici potest. *arg. l. ab eo judicato 2. C. Quomodo & quand. jud. sentent. proferr. & quidem exemplo querelæ inofficiosi testamenti & similibus arg. tit. Inst. D. & C. de in offic. testam. & l. si intra 8. l. adseveratio 10. l. in contractibus 14. in princ. & §. ult. C. de non numerat. pecun.* Nullitas verò deducta per viam actionis tum demum impedit executionem, quando est notoria dilucideq; & liquido ex actis apparet ve aliunde probari potest, & quando condemnatus prævenit
peten

petendo, sententiam declarari nullam & Aëtori mandari ut lite pendente nil immovetur vid. omnino Paul. de Castr. in l. si se non obtulit. 4. §. condemnatum. 6. D. de re judicat. n. 3. Didac. Covarruv. tom. 2. practicar. quest. cap. 24 n. 6. Berlich. part. 1. conclus. 61. n. 17. & seqq. Sigismund. Scaccialoc supr. cit. n. 2. & Mynsinger. cent 5. obs. 91. n. 2. & 3. Quædere infr.

(b) Ad impediendam executionem, præsertim quando nullitas est evidens. Matth. Coler. de processib. Executiv. part. 4. cap. 1. n. mihi. 67. Covarruvias loc. supr. cit. cap. 25. in princip. Mynsing. cent. 4. obs. 64. per tot. Zanger. in tract. de exceptionib. part. 3. cap. 26. n. 67. per l. si Prætor 75. vers. Marcellus D. de judic. & l. si se non obtulit 4. §. condemnatum 6. & ibid. Godofred. D. de re judicat. Anton Gabrielis lib. 2. de Except. conclus. 4.

THES. VIII.

Et iterum vel principaliter ^(a) vel cum iniquitate in causa appellationis cumulatur. ^(b)

(a) Et si enim nulla sit sententia, attamen nullitas illa declaranda & sententia per judicem rescindenda est tot. tit. Quæ sentent. sine appellat. rescind. l. certas. in fin. Quando provocar. non est necess.

(b) l. quædam mulier 41. D. famil. erciscund. Myns. cent. 4. obs. 63. & cent. 5. obs. 91. Petr. Frider. Mindan. de continent. causar. lib. 3. cap. 10. conclus. 10. n. 25. prout etiam cum restitutione in integrum cumulari potest c. constitutus 8. X. de in integr. restitut. Guid. Pap. decis. 143. Mynsinger. cent. 2. obs. 25.

THES. IX.

Principaliter deducitur, si
de

de iniquitate nihil, sed tantum sententiam esse nullam, ejusq; rescissio peti dicatur..

Myns. cent. 5. obs. 91. n. 2 id quod plerumq; fieri solet, quando intra legitimum tempus appellatum non est, aut summa de qua agitur appellationem non admittit vid. Geil. lib. 1. obs. 127. in pr. Henric. Bocer. loc. super. cit. th. 37. Sigismund. Scaccia de appellationib. quest. 19. remed. 1. conclus. 3. n. 3. & seqq.

TH. X.

Cumulatio autem nullitatis in instantia appellationis fit vel expresse, ^(a) vel tacite, ^(b) & in simultaneo processu primo quidem nullitas, deinde iniquitas deducenda est. ^(c)

(a) Si nominatim & specialiter appellans alternativè dicat, sententiam esse nullam, aut si quæ sit, esse inquam. l. quedam mulier 41. D. famil. eriscund. Ratio quare sustineatur hæc cumulatio nullitatis & appellationis, seu alterius remedii est quia utrūq; remed. censetur deductū conditionaliter & disjunctivè, & ita nulla insurgit perplexitas, sicut in simili sustinetur cumulatio nullitatis & restitutionis in integrū. Scaccia dict. loc.

F

conclus.



conclus. 3. n. 5. Et quemadmodum aliæ actiones inter se di-
versæ cumulari una & simul æquè principaliter possunt: Ita
quoq; nulla subest ratio ob quam appellationem & nullita-
tem (quamvis nonnunquam incidenter nullitas deducatur
quando v. c. saltem loco gravaminis allegatur) intentari ne-
gemus, si una & simul tanquam duo diversa remedia ad de-
structionem unius sententiæ ex diversis causis intententur,
præcipuè si nulla obstat regula cumulationis prohibitiva. Si
itaq; gravamina & nullitatis & iniquitatis in libello benè
deducantur, non secus ac si seorsim alterutra intentata fuif-
set, & super utraq; conjunctim & divisim cognosci petatur
(bitt zuerkennen / daß vom Richter voriger Instanz mit
gesprochenem Urtheil / wo nicht nichtiglich / iedoch übel ge-
urtheilet / und wo nicht überflüssig / iedoch wohl davon ap-
pelliret / und in der Hauptsache / daß &c.) super utraq; iudex
cognoscere & pronuncare debet. Vel si appellatio prius
quàm de nullitate cognosci rectè queat, deserta reperiatur:
iudex super desertione tanquam liquida pronunciare potest,
facultate parti permessa nullitatis causam utpotè nec
dum liquidam satis & explicatam ulterius prosequendi. *vid.*
Petr. Frideric. Mindan. de contin. causar. lib. 3. cap. 11. concl. 12. n. 30.
Vantius tit. Quot & quib. modis nullitas, n. 5. & seqq.

(b.) Quando Appellans iniquam dicit sententiam & ne-
quicquam de nullitate addit. Quo casu iudex ex officio et-
iam ad nullitatem animum attendere debet. *Mynsing. cent.*
5. obs. 91. n. 3. ibi: imò etiam ex officio & cent. 4. obs. 63. n. 7. vers. nisi
manifesta. Geil lib. 1. obs. 77. n. 6. & 7. Petr. Frideric. Mindan. loc. supr.
cit. n. 23. & 24. Ratio est, quod omne quod nullum est, etiam
iniquum sit *arg. l. scire oportet 13. §. qui non juste 12. D. de Excusa-*
tionibus tutor Vant. tit. coram quo possit ac debeat nullitas pro-
poni.

(c) nisi ex actis prioris instantiæ manifesta appareat nul-
litas quæ excusari in altera instantia nequeat: tunc enim
ante litis contestationem etiam ex officio super ea finali-
ter sententia proferri debet *Myns. dict. cent. 4. obs. 63. & cent. 5.*
obs.

*obl. 93. Geil. loc. supr. citat. & lib. 1. obs. 42. n. 8. 9. 11. & seqq. ibidem q. 3.
Bernhard. Greven. Exempla apud Dd. vid. p. 155.*

THESIS XI.

Nullitatem potest proponere quilibet ratione sui gravaminis vel præjudicii

Est enim commune auxilium, sicut & appellatio, ob publicam causam introductum, quod nemini facile dene-gandum est, adeò ut etiam tertius pro suo interesse de nulli-tate excipere possit *Geil. lib. 1. obs. 70. & seqq. Aymon Crauetta conj. 177. in fi. & consil. 179. n. 5. Vant. tot. tit. Quis possit dicere de nullitat. sed ne temerè intenderetur, iudex quando recipienda & admittenda sit, ex actis maturè deliberare debet. Et si dum nullitas inde sufficienter constat, recipienda est que-rela, præsertim si cognitionem causæ, nec non substantialem iudicii figuram concernat, veluti est nullitas ex defectu, jurisdictionis, citationis &c. Si verò nullitatis causa in da-bio versetur, vel levis sit, parumq; relevans, tum expeditioni causæ favere, & ut actus potius sustineatur quam destrua-tur & pereat, iudex curare debet. In dubio enim pro vali-ditate actus præsumitur & exceptio temerè litem in lon-gum trahens calumniosa reputatur *arg. l. quotiens 39. D. de V. O. & Clement. sepè de V. Sig Vant. tit. Quid sit nullitas n. 29. & 30.**

THESIS XII.

Quoties autem nullitatis querelam aliquis propone-

F 2

re

rere vult, causas nullitatis
in libello supplici vel nul-
litis in instrumento nomi-
natis exprimere tenetur.

*Arg. c. ut debitor ibi : causa probabili exposita X. de appella-
tionib. & c. a. eod. in 6 Geil. lib. 1. obs. 122 n. 9. vid. Ludovic. Gilhaus.
loc. sup. citato n. 37. ubi hanc limitationem subjicit quod scilicet
hæc procedant parte reluctante & nullitatem commissam
negante, aliàs quamvis in libello causa nullitatis non ex-
primatur, valebit tamen, si deinde in processu fiat probatio
& declaratio secund. Petr. Frideric. de process. lib. 1. cap. 12. in fin.
Quicquid sit, tutius semper erit causam unam atq; alteram
ab initio nominatim allegare & exprimere.*

TH. XIII.

Tempus nullitatis dedu-
cendæ præfinitum in perso-
na actoris ex natura cu-
jusq; actionis æstimandum
(^a) in persona autem rei per-
petuum. (^b)

(^a) Fa-



(a) Facultas agendi de nullitate sententiæ usq; ad trīginta annos durat, & quidem ad instar aliarum actionum, ita ut fatalia appellationum nullitatem non constringant, cum ejus sit diversa ab appellatione causa *Zoes. ad. tit. D. Quæ sententia sine appellatione rescindatur, Geil. lib. 1. obs. 127. n. 8. Maranta in spec. part. 6. act. 1. num. 154. Sigismund. Scaccia de appellationib. quest. 19. remed. 1. concl. 7. in princ. & num. seqq. ubi unam ampliationem & nonnullas limitationes adfert. add. Petr. Frider. Mindan. de continent. causar. lib. 3. concl. 11. n. 28.* Quod procedit in illis actionibus & causis, quæ trīginta annis præstibuntur. Si verò brevioribus vel longioribus terminis finiantur, tunc etiam facultas agendi de nullitate sententiæ secundum illud tempus regulatur, quoniam quis tam diu duntaxat potest dicere sententiam nullam, quamdiu durat actio. Existimamus itaq; tempus nullitati præfinitum, in persona Actoris, ex natura cujusq; actionis æstimandum esse. Cum enim nullus sit prioris judicij procesus, nulla sententia, nec actio mutata erit, sed eadem mansit, unde adhuc vel temporalis vel perpetua erit, pro cujusq; actionis natura & proprietate, remoto tamen eo tempore, quo prius judicium in quo nullitas commissa est, constitit. Mora enim non cessantibus officere non debet *arg. l. contra 16. C. de inoffic. testament. l. si expressum 19. vers. ult. D. de appellationib. & l. quamdiu 69. D. de acquirend. vel omittend. hereditat. Henric. Bocer class. 6. disp. 33. th. 53.* Quando verò statuto certus terminus ad deducendas nullitates est præfixus, tunc ille merito observatur alioquin eo elapso quis amplius non audietur. *Sigism. Scaccia loc. sup. citat. conclus. 7. n. 5.* Quæ obtinent etiam in nullitate evidenti & ex actis notoria. Quamvis enim statutum simpliciter excludens nullitatem, non censeatur excludere illam, quæ est notoria & evidenter resultat ex actis. *Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. tit. de statut. conclus. 3.* Attamen si statutum eam non tollit simpliciter, sed prohibet nullitatem opponi post certum tempus, tunc & ipso tempore, censeatur etiam illam, quæ est manifesta & ex actis evidenter apparens,

excludere. vid. omnino Roland. à Valle vol. 1. consil. 83. n. 16. per tot. Sigismund. Scaccia loc. citat. concl. 4. n. 45. Et hæc adeò vera sunt ut elapso ejusmodi termino nec agendo, nec excipiendo possit dici amplius de nullitate. Sigism. Scaccia di Et. loc. n. 46. & 47. vid. Berlich. part. 1. concl. 61.

(b) Per modum enim exceptionis perpetuo in judicio deduci poterit, cum quæ tēporalia sunt ad agendum, perpetua dicantur ad excipiendum. *l. si pactum 6. C. de Except. & l. licet 5. C. cod.* cujus rei ratio hæc est, quod se. Actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo jure, is autem cum quo agitur non habeat potestatem quando conveniatur. *l. purè 5. §. ult. in fin. D. de dol. mal. except. Bocer. loc. supr. cit. th. 53. lit. C. ceteriq; Dd super. citati.*

THES. XIV.

Hodie usu ferè ubiq; obtinuit, ut judex superior appellationis, super nullitate cognoscenda adeatur, præfertim si nullitas ex malitia vel injuria vel turpitudine judicis provenerit.

Etsi enim aliàs de jure Communi in arbitrio gravati positum sit, utrum nullitatem coram eodem Judice deducere velit, an verò coram judice appellationis *l. si accusatorib. 4. C. de Accusationib. l. 1. C. de Sentent. ex pericul. recitand. l. cum non ex 6. C.*

6.C. *Quand. provocare non est necess. l. absentem 6.C. de accu-
sat. Vant. tit. cor. in quo possit nullitas num. 8. Geil lib. 1. obs.
127. n. 6. Mynsing. cent. 5. obs. 92. Petr. Frideric. Mindan. lib. 3. de
continent. causar. cap. 11. const. 11. n. 27.* hodie tamen usu ferè u-
biq; obtinuit, ut iudex appellationis superior super nullitate
præsertim in casibus in thesi enu meratis cognoscenda, adea-
tur. *Gilhausen. loc. supr. citat. n. 26. & Dd. modò citati.*

THESIS XV.

Effectus nullitatis senten-
tiæ est, quod per eam prin-
cipaliter deductam, causa
principalis adjudicem nulli-
tatis devolvatur, ita utis sen-
tentiam vel reformare vel
confirmare possit.

*Emeric. à Rosbach in prax. civil. tit. de nullitat. 72. n. 32. i-
bidemq; Dd. citat. Iudex autem nullitatis, causâ nullitatis co-
ram eo principaliter intentata, inferiori inhibere atq; ita exe-
cutionem impedire potest, quando de nullitate notoria con-
stat & eadem in continenti, (id est intra illud tempus, intra
quod solet examinari executio & sententia executioni man-
dari. Berlich. part. 1. concl. 61. n. 27.) probari potest vid. Myns.
cent. 4. obs. 64 Wurmser tit. 24. de appellationib. obs. 35. per tot.
Geil.*

Geil. lib. 1. obs. 113. n. 2. & n. 3. & obs. 144. n. 6. & 7. Eodem modo quando ex inspectione actorum liquido constare potest de nullitate sententiae, vel quando exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis resultat, etiamsi Actor habeat tres conformes sententias, Gravatus tamen nihilominus ad impediendam executionem admittendus est. Sed de hoc difficili juris argumento consubendi. tum Dd. supr. cit. tum etiam. Joseph. Mascard. vol. 2. de probationib. conclusion. 686. Anton. Gabriel. Roman. lib. 2. de Exceptionib. concl. 4. Sigismund. Scaccia de Appellationib. quest. 19. remed. 1. conclus. 4. & 5. Didac. Covarruvias Tom. 2. pract. quest. cap. 25. per tot.

TANTUM.

SOLI DEO GLORIA.



Corollaria controversa ex Jure publico, privato & feudali.

1. Judicibus Austregarum [der Außträgen] criminalis Jurisdictionis non competit. *arg. l. 1. ff. de off. ej. cui mand. est jurisd. Diss. Vmm. de proc. disp. 4. th. 10. n. 15.*

2. Imperatorem Jurisdictionem ordinariam Camerae Imperiali non privativè sed cumulativè concessisse, verius mihi videtur. *vid. Mindan. de proc. Cam. extrab. 1. c. 11.*

3. Exercitii gratia defendi potest, Imperatorem causas in Camera Imperiali pendentes avocare, & ad suam aulam trahere posse, cum *Berlich p. 1. in Corolla.*

4. Pax Religiosa Imperatori Carolo V. & Catholicis statibus neque vi ab Evangelicis extorta est, neque per Concilium Tridentinum sublata. *Wurmbf. de J. P. exerc. 5. q. 2. & 3. Joh. Lymn. de J. P. tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 19. Godofr. Fiebig. in elect. J. P. semid. 10. q. 3.*

5. Maxima est disceptatio, an Vicariis Imperii cognoscendi de feudis regalibus potestas competat? Negat id ipsum *Arum. dic. 3. ad A. B. concl. 40.* Sed affirmativa mihi cum *Dno Lymneo lib. 3. J. P. c. 12. n. 7. & seqq.* verior videtur.

6. Fidejussori non prodest beneficium restitutionis in integrum minorennis principalis. *Donell. 21. comment. de Jur. civ. c. 14.*

7. Pupillus pubertati proximus sine Tutoris autoritate mutuum accipiendo naturaliter obligatur, civiliter tunc demum, si locupletior factus sit. *Excell. Dnus D. Svevus th. Justin. vel. 11. th. 3. l. c.*

8. Matrimonium sine consensu parentum contractum de Jure Civili rescindi potest, etiamsi copula carnalis accesserit. *Hunn. var. resol. lib. 1. tract. 3. q. 17.*

9. Testamentum, in quo liberi præteriti aut exhæredati sunt à parentibus, quoad hæredis solum institutionem nullum est, quoad legata autem fideicommissa aliaque capitula in eodem testamento relicta valet. *Dnus Carpzov. p. 3. constit. 9. defin. 3. Andr. Gail. lib. 2. obs. 113. in princ. Diss. Hillig. ad Donell. lib. 6. comment. c. 1. lit. F. Dnus Frantz. exercit. 6. q. 3.*

10. Venditione perfectâ periculum rei venditæ statim ad Emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita. *Dn. Carpz. p. 2. Const. 26. de fin. 20. Wesenb. & Schneidw. ad §. 3. Inst. de empt. & vend.*

11. Jus accrescendi ad Emptorem non ad Venditorem hæreditatis

G

tatis



tatis pertinere cenſeo. *Hunnius ad Treutl. vol. 1. diſp. 28. tb. 12. l. 6. Duar. de rejur. accreſc. lib. 2. c. 6.*

12. Bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus perceptos ſuos facit, adeoq; nullos domino rei reſtituere cogitur, ſive industriales fuerint, ſivè merè naturales. *l. 48. ff. de A. R. D. l. 136. ff. de R. J. Dnus Frantzk. exerc. 4. q. 7. ibiq; Fiebig. Diſſ. Dd. comm. per l. 45. ff. de uſur. modo eos conſumpſerit. §. 26. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 40. ff. de acqvir. rer. dom.*

13. In criminalibus nullò modò eſt locus delationi juramenti. *Berl. p. 1. concl. 29. n. 33.*

14. Q. An res furtiva poſſit præſcribi? affirm. *vid. Carpz. p. 2. c. 3. Def. 7. 8. & 16.*

15. Ex Inſtrumento Gvarentigiato extra proceſſum ordinarium in bona Debitor judicialiter immiſſus creditor pignus reale conſequitur. *Carpz. p. 1. conſt. 28. def. 137. Barthol. ad L. 12. ff. de reb. author. judic. poſſid. n. 11. in pr. Andr. Rauchb. p. 2. q. 9. n. 40.*

16. In pecunia ex venditione feudi redacta feudum conſiſtere non poteſt. *Job. Köpp. deciſ. 18. per tot. Arum. diſſ. feud. 4. tb. 5. Diſſ. Bocer. in tract. de feud. ſubſt. & nat. c. 1. n. 27. Henning. Göd. conſ. 84. n. 29.*

17. Sylvâ in feudum conceſſâ, Jus venandi ſimul vaſallo conceſſum haud intelligitur. *Dnus Carpzov. p. 2. deciſ. 109. Schultz. in Syn. feud. c. 6. n. 16. Hunn. diſſ. feud. 4. tb. 27. & in tract. de feud. c. 9. f. 174. Diſſ. Weſemb. in tract. feud. c. 7. n. 3. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. n. 7. Et qui jus boſcandi habet, excindendo ligna venationem impedire non debet.*


18. Maxima cum utilitate & difficultate conjuncta eſt & hæc quæſtio: Num fœminæ ſuccedant in feudo à patre empto, & ſi hoc non, pretium ſaltem pro feudo conſequi poſſint? Negativa rationibus firmiſſimis eſt ſuffulta. *Mynſ. cent. 5. obſ. 73. n. 4. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 34. n. 4. diſſ. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 159.*

19. Filium feudum paternum Ein altväterlich Stammlehn/ à patre alienatum revocare poſſe indubitati Juris eſt. *Berlich. p. 2. concl. 39. n. 15. & 16. Dnus Carpzov. p. 2. conſt. 31. defi. 11. n. 3. & 4.*

20. Intricata itidem, pariterq; utilis eſt quæſtio: An feudum penes Domium propter feloniam in eum commiſſam delatum perpe-

perpetuò, an v. usq; ad vitam Vasalli delinquentis tantum maneat? Posterio rem sententiam arripio, à qua sententia non esse recedendum judicando & consulendo, monet *Hartm. Pistor. p. 2. q. 15. n. 38.*

21. Patrem feudum uni ex filiis prælegare non posse Juri omninò convenit. *Duaren. de fe Pud. c. 12. Paul. Berens disp. ad Instit. 7. th. 3. q. 4.*



Ad Generosum Dn.

R E S P O N D E N T E M.

M *Assovi*, antiquæ gentis, generosa Prøpago
An studium, an vitam laudem? Tu prodis utrumque:
Et studii testes, Et morum Exempla bonorum;
Sic juvat, antiqui generis producere nomen,
Nec nudum Gentis Nomen sine laude referre.
Gratulor, egregiis cœptis, bona cuncta precando
Sis gentis, Patriæq; Tuæ spes magna superstes.

Gottfriedt Suevus D. P. P.

Ad Generosum & Nobilissimum

Dnum R E S P O N D E N T E M.

P *Rodis jam MASSAU docte, & sub Imagine Belli*
Confortes studii fortis ad arma vocas.
Eja en! Sic eadem Themidos reverenter adoras
Culmina, quæ coluit Laudis Amore Parens.
Hinc etiam Aonides connectunt fronde coronam,
Quæ tua cingendo tempora præproperant.
Euge cerebrigenæ sequere heic vexilla Minervæ
Hanc etenim Pugnam certa Trophæa manent.

Præses.

AD



AD

Generosum, Virtute nec non eruditione Cl.

DN. CASP. EVVALDUM â MASSAU,
Eq. Pomer. Amicum, Fautorem & Convictorem suum
amatum plur. æstimatumq; , ex Jure iterum pu-
blicè & fel. disputantem.

Q*uestitam gladio laudem probet hic: Tibi laudem
Quæ venit ex studiis sit placuisse magè,
MASSOVI, ipse quidem heroum de sanguine nate,
Eunomia & nostri portio delitii.
Hinc perpes magna Ti exsurget gloria fama,
Et crescet Nomen tempus in omne tuum.
Qualiter accrescunt rami frondentis olivæ,
Aut veluti ad ripas crescit amœna cedrus.*

gratabundus scr.

L. M. Q.

Andreas Sennertus.

Prof. Pub.

N*unc age, Progenies Divûm, cui pandere totam
Alma Themis se sustinuit, conscende catbedram,
Aoniasq; expone dapes; J, differe flores
Ingenii, letusq; refer Vestæ è penetrali
Munera quæ assiduo Tibi sunt meditata labore.
Leucoris assurget palma, gratante susurro
Applaudet Pater Albis, & Ipsa hoc pulvere functo
Sancta Dice meritos olim sacrabit honores.*

Generoso MASSOVIO

omni bono de se merito

Amico

^f
Bugislaus â Somniz

Eq. Pomer.

MS (O) 50


DA A 6620

ULB Halle 3
002 937 557



EL DA





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

DEO

TATE

NTIÆ

gnifici Jctorum Ordinis
vcorea

DE

no & Excellentissimo

COSELIO,

ia Electoralis, Scabinatus
essore Gravissimo,
ecano spectabilis,
tore suo omni honoris
Devenerando

tabit

DUS à Saffow/

er.

is antemeridianis

consultorum.

ERGÆ

INERUS, Acad. Typogr.

654.

Monsieur de H...

